Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 B
23

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

AD LEGEM REGIAM MOLINAEIS HABITAM, DE ABROGATA TESTIVM, A Libra centena, probatione, Commentarius.

Per Io. Boſſellum Borderium, Pictauenſem Iuriſconſultum, in ſupremo Galliæ Senatu, ac Præſidali Pictonum Curia, Aduocatum.

SOC. IESV. BIBL. SEG. COLL. ROM.



Ex Legato Ill.mi Coccini

Morte homines pereunt, ſcriptis Mors, Tempore ſcripta:
Sola domat Typice, domuit quod cætera Tempus.

PICTAVII, Ex officina Bochetorum.
Et Pariſijs apud Gabrielem Buon.
1582.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

EXTRAICT DV PRIVILEGE.

PAR Lettres patantes du Roy, il eſt permis à Iaques Bouchet, Libraire & Imprimeur en la ville & vniuerſité de Poictiers, d'imprimer ou faire imprimer, vendre ou debiter, certain Liure par luy nouuellemẽt recouuert, intitulé, *Ad Legem Regiam Molinæis habitam, de abrogata Teſtium, à libra centena, probatione, Commentarius, Per Io. Boſſellum Borderium, Pictauenſem Iuriſconſultum, in ſupremo Galliæ Senatu, ac Præſidali Pictonum Curia, Aduocatum*. Auec deffenſes faictes à tous autres Libraires ou Imprimeurs de ce Royaume de non imprimer ne faire imprimer, vendre ne debiter ledit Liure, ſans l'expres congé & permiſſion dudit Bouchet, iuſques au temps & terme de neuf ans, ſur peine de confiſcation deſdits Liures, & d'amende arbitraire, comme il eſt plus à plain contenu par les Lettres patantes du Roy, portant ledit priuilege, dõnees à Paris le dixſeptieſme du moys de Feburier, dernier paſſé, de l'an preſent mil cinq cens quatre vingtz deux, ſignees par le Cõnſeil *RAFFIN*, & ſeellees de cire iaulne ſur ſimple queuë.

Acheué d'imprimer le premier iour de Mars. 1582.

Corrigas pag. 17. lin. 8. poſt poſticum, & lege per poſticum.

IO. BOSSELLVS AD AMICOS.

IN vobis, *Amici*, omnia ferè dubia, quæ ad hanc Caroli ix. Sanctionem pertinere hucuſq; noui: Quorum reſponſa, magna ex parte, non à ſolo meo iudicio, ſed ab Oraculis longè ſanctioribus petita et excepta hîc vobis affero. Nempe plurima, tam ex diuerſis Pariſienſis Senatus placitis, quàm ab ipſomet Senatu, cùm ad Supremos dies iuridicos, iuſſu et ſelectione Principis, in hanc ciuitatem, nouiſſimè ſeceſſionem feciſſet: Multa etiam à grauiſſimis cenſuris, quas tunc Juriſprudentiſſimus ſimul et eloquentiſſimus Patronus ille Regius, nunc Præſes (cuius nomen tota tenet Gallia) in omnibus ferè cauſis pro Senatu enarratis, faciebat: Nonnulla à facundiſſimis Senatus Patronis, quorum conſultationibus intereram aliquãdo: Aliqua à Præſidali noſtro celeberrimo Senatulo, et

à Doctoribus, Aduocatiſq; huiuſce Vniuerſitatis et Palatij, coætaneis meis, et alijs cauſarum Patronis: quorum ampliſsimus et doctiſsimus eſt hîc cœtus. Reliqua autem, ſed pauca, ex priuatis noſtris ſtudijs. Quæ omnia vobis, quo potui ordine, conieci, craſſa equidem Minerua, fateor, vt hac facilitate, non tam doctis (apud quos hæc omnia iamdiu præiudicata puto) quàm mediocriter eruditis pragmaticis prodeſſe poſſem. Imò, Gallicè ſcribere prima mens fuit, quod præſtitum fuiſſet, ni vidiſſem plurima Iuris Theoremata hîc tractari: quorum explicatio non tam propriè verbis Gallicis quàm Latinis, iuxta peculiares Iuris terminos, fieri poterat. Si qui tamen fuerint, qui hæc Gallicè ſibi habere maluerint, et potuerint, vertant, non inuideo. Interim æqui boniq; conſulatis velim hæc, quæ in gratiam veſtràm, otio ſucciſiuo, Laconicè cumulaui: maiora vobis daturus, ſi Deus dederit. Valete.

Pictauij Calend. Febr. Ann. 1582.

Ciuica

CIVICA ſæpe gerens dubijs pro litibus arma
Pictonico obtinuit præmia ſumma foro,
Et nunc idem alias porro conuerſus ad artes
Scribit, quæ paſsim Gallia tota legat,
Ac nunquam ceſſans,& ad omnia magna paratus
Boiſſellus patriam voce libriſq; iuuat.
Sed tantum voci præſtabunt ſcripta diſertæ,
Quantum Pictonico Gallia tota foro.

Ioſephus Scaliger, Iul. Cæſ. Fil.

SCAEVOLAE SAMMARTHANI QVAESTORIS FRANCIAE, AD IO. *Bæcellum Borderium, Patronum doctiſſimum, et amicum ſingularem.*

CVM nullum humanæ diuino munere vocis
  Manarit ſupera maius ab arce bonum,
Cumq; adeo ipſius tantum ſit vocis imago
  Scriptura ambiguis res male certa notis:
Quis furor eſt, pondus vocali demere teſti,
  Et ſolidam mutis rebus habere fidem?
Prodigij ſimile eſt non credere vocibus ipſis,
  Et vocum interea nos ſimulachra ſequi.
Quid facias? ita ſunt mores, ita tempore noſtro
  Aut vana, aut vanis proxima quæque placent.
Non vero, at ſola gaudemus imagine veri:
  Non res ipſa, rei ſed magis vmbra iuuat.
Prouidus hinc Princeps, neq; praui neſcius æui,
  Apta ſuo nobis tempore Iura dedit.
Quæ tu, ſancte ſenex, quo non præſtantior alter
  Neſtoreo dulces fundere ab ore fauos,
Fando aperis bon⁹ interpres, totumq; per orbem
  Principis enarras aurea dicta tui.
Scilicet haud alio Maiæ quoque filius ore
  Exprimit AEtherij ſenſa verenda Iouis.

IN SCRIPTA I. BOISSAEI BORDERII *Patroni conſultiſs. ad Conſtitutionem Molinæam teſtibus fidem ſupra C. lib. abrogantem.*

DVM ſcripti cur certa fides, cur non ita teſtis,
Teſtibus vt centum libras lex Gallica tantum
Crediderit, ſcriptis aperis Boiſſæe politis,
Hinc tibi maior honos duplexq; probatio creſcit.
TESTIBVS INNVMERIS facundia cognita, lites
Pandere ſeu libuit, ſeu nodos ſoluere Iuris,
Et veluti Phœbi ex cortina oracula tandem
Fundere, ſeu placitum mellito ludere verſu,
Quæq; alias decorat pudibunda modeſtia dotes
Qua ſine mentimur Conſulti nomen honorum,
Omnibus in dictis & factis gratia, candor,
Ante quidem patuêre: FIDES NVNC ALTERA SCRIPTIS
His datur, vt tantæ ſi forte probatio laudis
Teſtibus inuideatur, & vrgeat ipſa Molinis
Edita lex, ſcriptoq; velit non teſte probari
Rem tantam, ſcripta accedãt quibus ipſa probatur
Sãctio, teq; olim æterna hæc monumẽta loquãtur
Poſtquã etiam abſtulerit teſtes quæ ſcripta vetatur
Ferre ætas, Genius ſi acceſſerit vt tua qui nunc
Dat volitare foro, nomenq; æternat in æuum.

Bon. Irlandus I. C. Conſiliarius Regius Iuridici & Præſidalis conſeſſus Pictauiorum.

IN IO. BOICAEI BORDERII, PICTAuenſis Curiæ Iuriſcõſulti, Librum ad Edictum Molinis editum.

VITAE Senectus prodiga Borderî
Nullum labori figere terminum
Curat. Probat vixiſſe, ſpernit
Viuere, ſollicitus futuro
Quid proſit æuo. Conſilium, & foro
Laudata viuæ vocis, & ingenî
Benigna vena cultioris,
Viuere Borderium loquuntur.
At ſera famæ gloria teſtium
Fidem leuabit, ſcriptaq́; poſteris
Vixiſſe prodent, ſempiternis
Laudibus ingenij colendum.
Fato peremptis teſtibus iſtius
Mortalis æui, non moritur loquax
Teſtis Camœna, legibuſq́;
Tot monumenta ſoluta fati.
Vitæ Senectus prodiga Borderî
Vitam laboris laude paciſcitur,
Probatione quam tuetur
Duplice, teſtibus, atque ſcriptis.

Ad. Blacuodæus.

LVDOVICI SAMMARTHANI, I. V. DOC. ET IN PRO. PICTAVENSI ADVOCATI REGIS, AD IO. BOISSELLVM, VIRVM INTEGERRIMVM, ET IVRISCONSVLTVM SCIENTISSIMVM.

INCERTOS certa ſolitus cum laude fouere
Et voce & ſcriptis conſilioq; reos,
Hæc Oratoris veri tria munera vitæ
Ornaſti conſtans integritate tuæ.
Quæ laus cum excedat precium vulgare,nec illam
Myriades iuſta tollere lance queant,
Lege Molinæa innumeris non illa probanda eſt
Teſtibus, at ſcriptis verificanda tuis.
Hinc partum, quem ex coniugio Natura negauit,
Ars parit ingenij fertilitate tui.
Nempe opus hoc, quod tu ſplendẽtes edis in auras
Luminis, & tua poſt fata ſuperſtes erit.
Sic quia tu noſtræ non tantum ætatis amator,
Sed longæ curam poſteritatis habes,
Non tantum a nobis te noſtra ætate, ſed olim
Certum eſt a longa poſteritate coli.
Neſtoris interea viue annos, cuius ab imo
Neſtoreum exundat pectore conſilium.

PETRI PIERII, PATRONORVM IN Curia Pictauenſi minimi, ad D. Io. Boſſellum Borderium, Aduocatum Conſultiſſimum.

EPIGRAMMA.

HAEC Boſſelle tuæ ſpecioſa inſignia mentis,
Hæc laus in dubijs emicuiſſe, tua eſt.
Hæc varijs reſecant lites ambagibus auctas,
Iſta iuuant doctos, erudiúntq; rudes.
Deſinite ergo virum hunc numeris extollere, pinxit
Ad viuum ſcriptis ſe ſatis ille ſuis.

SPIRITVS GVARINI, AQVARVM ET Syluarum apud Pictones Propræfecti Regij, & in Præſidali Pictonum Curia Aduocati, ad D. Io. Boiſſellum Borderium, eiuſdem Curiæ Patronum conſultiſſimum ac diſertiſſimum.

QVI potis eſt rabidos animos ſermone diſerto
Flectere, qui lites ſoluere voce graui,
Pandere qui potis eſt ſinuoſa volumina Iuris,
Tollitur haud vanis laudibus aſtra ſuper.
Qui potis eſt promptus querulo dare Iura clienti,
Et pauidos grata voce fouere reos:
Ilicet inſeritur numero, turbæq; Deorum,
Et ciuem agnoſcit Iuppiter ipſe ſuum.
At qui compoſitè Legum myſteria ſcriptis
Prodit, præ reliquis laude ferendus erit.
Id venerande ſenex, noſtri pars magna Senatus,
Euertens teſtes, non ſine teſte probas.

DONEC priſca fides manſit, lex priſca ſuaſit
Teſtibus, in cunctis, plenam adhibere fidem.
Sed poſtquam Gallos pietaſq; fideſq; reliquit,
Iure fidem teſti lex noua nunc adimit.
Manſerat ambiguum tamen hoc ius, vt noua ſæpe,
Detortum ſenſus & variè in varios.
Donec Bœcæus, cui recti cognita & æqui
Regula, cuiq; vſus & via trita fori:
Diſpulit has tenebras doctoq; breuiq; Libello,
Et curſum medijs dat facilem in ſcopulis.
Magnum op⁹ exiguis chartis, quod vix queat alter,
Debita cui tantò gratia maior erit.

Io. Milo.

IO. BOECELLO, BORDERIAE DOMINO, PATRONO ERVDITISSIMO.

Roma ſuo quantũ Ciceroni debet, et arces
Palladiæ docto Socratis ingenio:
Maxime vir, tantũ debet tibi Pictonis ora,
Munere nam gemino ſolus vtrũq; refers.

Abelius Sammarthanus,
Scæuolæ F.

IO. CONSTANTIVS IN EDITVM A PATRVO SVO D. BOSSELLO *Borderio Libellum, hoc carmen ludebat.*

DVm tua reijciunt, Boſſelle, volumina teſtes,
Præmia quæ ex tanto parta labore refers?
Teſtibus excluſis, tua quis, rogo, nomina poſthac
Laudibus immodicis nobilitare queat?
Nempe fidem facit hæc, docti ſtructura Libelli
Cognita, quam authoris fama decuſq; iuuant.
Atq; ita, quid potis eſt mage plena ꝓbatio? cũ ſint
Nota ſatis Genij numina fauſta tui.
Adde quod hæc reprobat ſceleratos pagina teſtes:
Dat tamen iſta probis diſcutienda viris.

IO. BOSSELLVS AVTHOR, AD POETAS.

DEſinite, heu vates, hæc tam vulgaria veſtris
Plus nimium doctis plaudere carminibus.
Nam timeo, tantos prægustans Lector Olores
Inſulſi ne operis nauſeet ad reliquum.

AD LEGEM REGIAM MOLINAEIS HABITAM, DE ABROGATA TESTIVM A' LIBRA centena probatione, Cõmentarius.

Articulus 53. Legis Molinæis conditæ, per Carolum ix. Galliarum tunc Principem, menſe Febr. An. 1566.

POVR obuier a la multiplication des faicts que l'on ha veu cy deuant eſtre mis en auant en Iugement, ſubiects a preuue de Teſmoings, et reproches d'iceux, dont aduiennent pluſieurs inconueniens, et inuolution de procez: Auons ordonné et ordõnons, que doreſnauant, de toutes choſes excedans la ſomme et valeur de cent liures, pour vne fois payer, ſeront paſſez contractz par deuant Notaires et Teſmoins.

Par leſquels contractz ſeulement ſera faicte et receuë toute preuue eſdictes matieres, ſans receuoir aucune preuue par Teſmoings, oultre le contenu au contract, ne ſur ce qui ſeroit allegué auoir eſté dict ou conuenu auant iceluy, lors, et deſpuis. En quoy n'entendons exclurre les preuues des conuentions particulieres, et aultres qui ſeroyent faictes par les parties ſoubs leurs ſeings, ſeaux, et eſcriptures priuees.

Pour obuier a la mult. et cat.

AD CAVSAM EDICTI
PRAEFATIO, ET OPVSCVLI DIVISIO.

C*VM PRIMVM* nata & promulgata fuit hæc Caroli ix. Regia Sanctio, pleriſque viſa eſt,& dura,& odioſa,& Iuri contraria. Dura, quòd hominum mercimonia, alioqui inter plebeios libera,[a] ad certam limitatamq; contrahendi formam reſtringere videretur: ſcilicet, vt non niſi circumducto vbiq; locorum Tabellione, de re quacumque centum libras excedente, paciſci

[a] L. Nobiliores. C. de Commerc. & Mercat.

liceat. Quod certè adeo difficile videtur, vt impoſſibilitati comparari debeat,[b] cuius nulla eſt obligatio.[c] Cui rei conuenit quod Plato dicebat[d] Legiſlatorem non tantùm potentia & ſapientia vti debere, ſed & temperantia: duritia enim & ſeueritas optimis legib⁹ aduerſari ſemper viſæ ſunt, humanitatiq; Principum contrariæ:[e] vnde Draconis leges ob duritiem antiquatæ fuerunt, inquit Plutarchus.[f]

Odioſa, cùm probationes, quas ſemper amplian das cenſuit Legiſlator,[g] ita coarctare videatur, vt nulla amplius fides inter homines relinquatur.

Iuri cōtraria, cùm omni iure vulgatum ſit, in omnibus cōtrouerſijs, & maximè in exercendis litibus, parem eſſe Teſtium & Inſtrumentorum fidem.[h] Imò omni Iure firmum videmus, in ore duorum vel trium ſtare omne verbum.[i] Qūod indifferenter, & in omni negotio, ſemper traditum & ſequutum eſſe conſpicimus, non tantùm Ciuili lege, & Canonica,[k] ſed etiam diuina, paſſim commune videtur, omnem probationem à teſtibus pendere, etiam in diſciplina Eccleſiaſtica, quam ad fraternam emendationem Seruator noſter adhiberi voluerit.[l] Et hac ratione Iuriſconſulti noſtri, tam antiqui quàm moderni, infinitis penè legibus, Principum conſtitutionibus, & Pontificum canonibus,[m] teſtium probationes tractarunt & introduxerunt, tanquam firmiſſima iurium conſeruandorum fundamenta. Imò videntur Maiores noſtri, ſanctiorem certioremq; exiſtimaſſe teſtium fidem, quàm inſtrumentorum: maximè, quando certabatur inter Inſtrùmenta & Teſtes, quæ

b L. Cum hæres. §. primo. ff. de ſtat. liber. l. Cum ſane. ff de his qui deiec. vel effud.

c L. Impoſſibilium. De reg. iur.

d lib. 4. de Legibus.

e Notatur in l. Leges ſacratiſſimæ. C. de leg. l. nulla. ff. eodem.

f In vita Solonis.

g L. vlt. C. de hæret. & Manich. l. Generaliter. C. de reb. cred. l. Serui. ff. de Teſtib.

h L. In exercendis. C. de fid. inſtr. l. Proprietatis. C. de prob.

i L. Vbi numerus. ff. de teſt. Cap. cum eſſes. extr. de teſtament.

k Cap. Nouit. extr. de Indic.

l Math. xviij.

m Tit. de Teſt ff. & C. & extr.

eſſet fortior probatio: nempe Teſtes Inſtrumentis præferebant, vt velle videtur Iuſtinian[n] in Nouellis,[n] his verbis: *Nos quidem exiſtimauimus ea quæ dicuntur viua voce, & cum iureiurando, hæc digniora fide, quàm ſcripturam ipſam ſecundùm ſe ſubſiſtere.* Hac potiſſimùm ratione ducti, quòd inſtrumentorum teſtatio ſit muta, & quæ interrogata, non reſpõdeat. Teſtium verò probatio ſemper loquatur, ratiocinetur, & ſæpius interrogata, reſpondeat, inquit Cynus.[o] Hinc antiquum de inſtrumentis adagium ab Eraſmo relatum, *Surda teſtimonia.*[p] Præterea huic Legi obijci poterat, longè faciliorem eſſe Iudicibus Teſtium quàm Inſtrumentorum diſtinctionem & cognitionem: quòd Inſtrumenta omnia eadem penè forma cõſiſtant: vt pote ſigno cuiuſdam Notarij, penitùs forſan ignoti, nec ſciri poteſt, an redemptus fuerit necne: vel cuiuſdam ſigilli appenſione, quæ olim ſola erat Inſtrumentorum cautio, abſque Tabellionum ſubſcriptione: vt notari poteſt ex Innocentio, cùm de ſigilli authentici forma imperfecta loquitur.[q] Et infinita penè vidi antiqua inſtrumenta, quæ nullo Tabellionis ſigno, ſed ſola cuiuſdam antiqui ſigilli appenſione munita erant. Quis ergo non dicet incertam omnino eſſe talium inſtrumentorum fidem, & falſitati longè magis obnoxiam, cùm ſurda ſit & muta, quàm ipſorum teſtium, viua voce teſtantium, ac de rebus teſtatis rationem reddentium, Iudicibus iterum atq; iterum interrogantibus, ne nuda maneat teſtium depoſitio?[r] Imò antiquitus tam libera erat teſtium interrogatio, vt nedum Iudices, ſed etiam partes,

n In Auth. de inſtr. cau. & fid. §. Si verò. coll. 6.

o In l. In exercendis. C. de fide inſtr.

p Chiliad. 3. Centur. 105. Adag. lxxvi.

q In capit. Inter dilectos ext. de fide inſtrum.

r l. Solam. C. de teſtibus

partes,& earum patroni, teſtes coram Iudice interrogare poterant: vt eleganter annotat Budæus noſter contra Bartol.[s] Illudq; probat multis antiquorum exemplis,& maximè ex Quintiliano[t] & Cicerone: [v] *Vbi enim eſt illa laus Patroni* (inquit Cicero) *Benè teſtem interrogauit, callidè acceſſit, reprehendit, quò voluit adduxit, conuicit, & elinguem reddidit.* Ex quibus elicitur priſcum morem fuiſſe, in teſtib⁹ exactè interrogãdis, vt etiam partis aduerſæ Aduocatis id licitum foret. Quod itidem obſeruatum à Iuſtiniano Imperatore putat idem Budæus.[x] Hoc tamen vſus Gallicus nunquam recepit in ciuilibus: in capitalibus autem, ſæpè viſum fuit accuſatum, cùm ei teſtis præſentatur, poſt teſtem obiectionibus eleuatum & refutatum, ſupplicare Iudicem, perlecto teſtimonio, vt liceat ei teſtem interrogare, qua die, qua hora, cum qua veſte, quo loco, quibus præſentibus id, quo de agitur, actum ſit, ac de alijs circumſtantijs. Vel petit à Iudice, eo præſente, per eum interrogata fieri, vt videatur titubet teſtis necne. Imò aliquando poſtulat reus, alios homines ſecum teſti monſtrandos, vt deprehendatur, an teſtis reum dijudicabit, vel falſò vnum pro alio accuſabit. Quæ omnia ꝓ iudicantium arbitrio fieri aut denegari poſſunt, ſecundum ſubiectam criminis cauſam. Hæc ergo dicta ſint, vt probemus Iudices pro ſua induſtria, teſtes à teſtibus longè differre, facillimè dijudicare poſſe, ſecundum dignitates, facultates, paupertates, & vilitates eorum: nam digniorem eſſe teſtationem putabit nobilis, ſapientis, diuitis, ſeu potentis, & eorum homi-

s In l. Si poſtulauerit. ff. ad leg. Iul. de adul.

t Lib. 5 Inſt. orator.

v In orat. pro Flacco.

x Ex L. Si quando. C. de Teſtib.

y Ad l. vlt. de pig. act.

z Lib. xvi. cap. x. Noct. Atticar.

num, quos inter Claſſicos annumerat idem Budæus,[y] qui integrioris famæ, dignitatis & honoris in ciuitate vel regione habentur, quàm eorum qui de cõmuni plebe fuerint, quos Proletarios vocat Gellius,[z] & iterum plebeios à vilioribus & viliſſimis perſonis diſtinguet, quos Capite-cenſos & Diobolares nominat ibidem Budæus, quoſq; ob paupertatem, fames magis quàm fama commouere creditur. Ergo prudens Iudex, pro animi ſui ſententia, teſtes Claſſicos, id eſt, omni exceptione maiores, à Proletarijs ſapienter dijudicabit: & iterum Proletarios, id eſt, vulgares, & exceptionibus ſæpe ſubditos, à Capite-cenſis & Diobolaribus: quos viliores & redemptos, & ſemper ferè ſuſpectos dicimus, vt infames, vel publicè diffamatos: & ex his omnibus teſtimonia ponderare. *Tu magis ſcire potes* (ſcribebat diuus Adrianus Varo legato Ciliciæ[a]) *quanta fides habenda ſit teſtibus, qui, & cuius dignitatis & exiſtimationis ſint, & qui ſimpliciter viſi ſunt dicere, vtrum vnum, eundémq; præmeditatum, ſermonem attulerint: an ad ea quæ interrogaueris, ex tempore, veriſimilia reſponderint.* Sanctior ergo videbatur teſtium probatio, cùm certior, Iudicis prudentia, fieri poſſit, quàm inſtrumentorum, quæ abſentium probatio videtur: ideoque præſentium teſtium fidei anteponi non debeat, cùm abſentium fides longè diſtet à præſentibus, vt refert Calliſtratus:[b] & vulgari prouerbio iactetur, Chartam vel hœdinam pellem omnia perpeti. Ideoque falſandorum teſtium occaſionem prudentes Iudices cauere ſemper poterunt, teſtium facilitatem corrigendo, vel ad con-

a L. Teſtium. §. primo ff. de teſtibus.

b In dict. l. Teſtium

cordiam reducendo,ſecundum negotij qualitatem, vt falſitatibus locus non ſit, vt paſſim in iure traditur:[c] vel ſi ambiguè teſtentur, eos iterum atq; iterum Iudices repetere poterunt.[d] Atqui hæc omnia de inſtrumentis mutis,ſurdis,& mortuis, facere non poterunt: adeo vt magis quidem inſtrumentorum antiquitati alligati videantur Iudices, quàm ratiocinantium teſtium genuinæ veritati.

c In L. Teſtium facilitatem, & ibi not. C. de teſt.

d Cap. cum clamor. extr. eod.

SVPRADICTIS tamen non obſtantibus,quæ pro dubitandi ratione ad Legem iſtam afferri poterant,nulla toto hoc ſeculo Conſtitutio,aut Lex Regia ſanctior ac probatior viſa fuit ampliſſimo noſtræ Galliæ Senatui: nam infinitis fermè iudicijs iamiam confirmata fuit. Quæ fuerit autem eius Legis condendæ ratio,&occaſio,demonſtrat Princeps in principio ſuæ Conſtitutionis, in his verbis, *Pour obuier.* Quod in omnibus veris Legibus condendis ſemper obſeruatum fuit,vt ſumma ratione, quæ ſemper Legis anima dicitur,[e] vel ſumma neceſſitate,prout rerum euentus & occaſio ferebat,Lex induceretur.[f] Ratio ergo huius Legis eſt,vt obuiam iretur pluribus & diuerſis factorum poſitionibus: quæ non niſi teſtibus probari poterant,è quibus infinitæ litium implicationes ac multiplicationes quotidie naſcebantur: quæ non tam iuris verè conſeruandi animo, quàm vitilitigatorum technis&artib⁹ exquirebãtur, quod vt plurimùm cum falſorum teſtium ſubornatione factitatum eſt. His, inquam, rationibus abrogata eſt teſtium probatio.Igitur nec dura,nec odioſa, nec iuri contraria videri debet hæc Lex, ſi;quod

e L. Cum ratio. ff. de bon. damn.

f L. Ergo. ff. de Leg.

olim ſanctum & innocuum erat, vt pote vocale teſtimonium, nunc periculoſum & reprobum videatur. Quod non antiquæ ſanctitati imputandum, nec Principis æquitati, ſed magis corruptiſſimis huius ſeculi moribus tribuendum eſt. *Damnoſa enim,* inquit Horatius,[g] *quid non imminuit dies: ætas parentum peior auis, tulit nos nequiores, mox daturos progeniem vitioſiorem.* Quo fit, vt & liceret hoc loci, ſolita à Tullio[h] exclamatione vti, O tempora! ô mores! adeò exoleuit priſtorum hominum fides & pietas, ſuiq; ipſius ita nunc factus eſt homo diſſimilis, vt quem Deus, ipſiſſima veritas, ad ſui imaginem fecerat, erecto ſemper vultu ad ſupernam veritatem, qua etiam ratione à Græcis ἄνθρωπος, hoc eſt, ſurſum vergens, vel erectus, dicitur (quod non minus piè quàm eleganter diſſerit Lactantius[i]) nunc ita à veritate ſit alienus, vt eius teſtimonium, olim ſanctiſſimum, nunc corruptiſſimum in omnibus quaſi negotijs experiatur. Quæ Principem eò adduxerunt, vt abrogare teſtium probationes certis caſibus hac Lege expreſſis cogeretur. Quod idem ferè ſuo tempore eueniſſe teſtari videtur ipſe Iuſtinianus, cùm de teſtium facilitate loquitur.[k] Non debet ergo reprehenſibile iudicari, vt dicebant Innocentius[l] & Honorius,[m] ſi ſecundum varietatem temporum, varientur ſtatuta rerum humanarum: & ſi ob frequentiam ſceleratorum teſtium, vel calumniatorum litigantium, arctentur & reſtringantur probationum facultates: quemadmodum & pœnæ ob frequentiam delictorum exacerbari ſolent, inquit Claudianus.[n] Ex ra-

g Lib. tertio Carm.
h In orat. 1. in Catilin.
i Libr. v. cap. primo Diuin. Inſtit.
k In auth. de Teſt. col. 7
l Cap. Non debet. ext. de cõſang. & aff.
m cap. vlt. de Tranſ. ext.
n L. Aut facta, in fine. ff. de pœn.

tione ergo ſupradicta, qua motùs fuit Princeps ad Legem condendam, planè dijudicari poterunt omnes ferè quæſtiones, & omnia dubia, quæ huic Legi quotidiè occurrunt: quæ ſecundùm Legem iudicabuntur, ſi Legis rationi conueniant: vel à Lege excipientur, ſi à Legis intentione vel ratione diſſideant. ᵃ Quod vt magis per ſpecies cognoſcatur, venio ad Legis diſpoſitionem: quæ incipit ab illis verbis, *Auons ordõné que doreſnauãt*. Quæ diſpoſitio vt ſeriatim & faciliùs diſcutiatur, in duas partes ſcindetur. Prima, ab ijs verbis, *Auons ordonné*. Et in hac prima parte, in qua tractatur de publicorum inſtrumentorum fide, & teſtium abrogata ꝓbatione, cõſiſtit intentio præcipua totius Legis: à qua infinitæ quotidiè naſcuntur quæſtiones. Secunda, ab illis verbis, *En quoy n'entendõs*. In qua parte, de priuatorum inſtrumentorum ſcriptura tantùm agi videtur, à quib⁹ etiam nõnullæ oriuntur quæſtiones, quæ explicationem mereri poſſunt: de quibus infra ſuo ordine dicetur.

ᵃ *l. Metum §. animaduertendum. ff. Quod met. cã.*

Generalis Opuſculi diuiſio.

Auons ordonné que doreſnauant, etc.

Quod hæc Lex à die promulgationis in Senatu, omnes omnino ligauerit.

CAPVT PRIMVM.

HÆC PRIMA pars habet duo membra: vnum eſt, Vt de re quacunque centum libras excedente, non niſi in ſcriptis contrahatur: Alterum, Vt nihil præter, vel vltra, vel contra contractum allegari

poſſit, nec teſtibus probari, tanquam plus dictum, quàm ſcriptum, vt olim dicebatur; & paſſim in Iure reperitur, [a] de his quæ incontinenti, vel ex interuallo paciſcebantur: de quibus plura in iure notantur. [b] Vtroque ergo caſu reiecta & abrogata eſt teſtium probatio. Quod pro futuris ſolummodo negotijs inductum eſt, ex hoc verbo, *Doreſnauant*: cùm futura tantùm Lex noua reſpiciat: [c] niſi agatur de moribus & materia peccati, vt in vſuris. [d] Sed ſuper hoc verbo, *doreſnauant*, vidi dubium naſci in quadam lite, ſuper facto quod eodem Legis tempore acciderat. Nam agebatur de quadam renuntiatione verbaliter facta proprietati cuiuſdam donationis, quæ ad ſimplicem vſumfructum conſenſu donatarij reducta per actorem dicebatur. Hæc renuntiatio allegata in lite fuit: & conteſtatione facta, partes hinc inde teſtibus probarunt. Tandem, lata eſt ſententia pro eo qui renuntiationem teſtibus probauerat. Qua ſententia prolata, pars aduerſa, nedum ab ea, ſed à litis conteſtatione, qua Iudex teſtium probationem admiſerat, appellauit. Et in appellationis cauſa, obtento ad appellandum reſcripto, vtraque appellatio iuncta fuit. Appellans pro grauamine, quo ad hunc articulum, de probatione teſtibus admiſſa, hanc nouam conſtitutionem allegabat. Aduerſa verò pars inſtabat probationem ſuam bona fide factam fuiſſe, Iudice permittente, nec aliqua teſtium ſubornatio vel corruptio obijciebatur. Et quo ad Legem nouam attinebat, tam recens & noua erat (vt poté à menſe tantùm in Se-

[a] *Toto tit. Plus valere quod agit.* C.

[b] L. *Iuriſgentium*. §. *quinimo*. ff *de Pact*. L. *Petens*. C. *eod*. l. *Lecta*. ff. *De reb. cred*. L. *pacta cõuenta de contrah. empt*. ff.

[c] L. *Præcipimus*. C. *de appell*. L. *Leges*. C. *de leg*.

[d] L *penul*. & *finali*. C. *de vſur*.

natu promulgata) vt nemini ferè notoria eſſet, & ideo iuſtam ignorantiæ cauſam habebat: quæ ignorantia magis facti quàm iuris erat: ideoq; ei obijci hæc LexRegia non debuerat.[e] Et maximè in Pictonum Prouincia, quæ centeſimo ferè lapide diſtat à Lutetia. Et ſic ſubditos ligare non videbatur, niſi poſt duos menſes, aut longiorem temporis tractum, quo veriſimiliter omnibus hæc Lex innotuiſſet, ſecundum Iuſtiniani Nouellam:[f] qua ſe omnino reus in cauſa appellationis defendebat. His tamen non obſtantibus, pro appellante, arreſto Curiæ,[g] iudicatum fuit, & teſtium probatione reiecta, proprietas donationis hæredi donatariæ, reſpectu bonorum donantis, adiudicata fuit. Ex quo edocti ſumus, ſacratiſſimum Senatum hancLegem, ſummo cum ſtudio, & exactiſſima deuotione, amplecti voluiſſe ab ipſa die promulgationis & publicationis in Curia: ideoque ſupradictam Iuſtiniani Nouellam[h] in hoc Regno non obſeruari.

e *L. Error. & L. penult. ff. de iur. & fact. ignor.*

f *In Auth. Vt facta noua Conſt. poſt inſi. car. poſt duos mẽſ. val. collat. 5.*

g *An. 1575 die 7. Septem.*

h *In d. auth.*

De toutes choſes, et cat.

In quibus rebus & obligationibus locum habeat hæc Regia Conſtitutio.

CAPVT SECVNDVM.

HIC EST tota vis iſtius Legis, quæ generaliter loquitur de omnibus rebus, adeo vt prima fronte videatur omnes res noſtras, omniaque noſtra negotia deſcribi oportere. Quod tamen de pactionibus,

conuentionibus,& contractibus inter homines fieri ſolitis,intelligi debeat, & de quibus paciſci conſueuerunt, vt paſſim in Iure reperitur ſub his verbis, *Geſſerunt, contraxerunt &c.* ab Vlpiano notatis:[a] quæ ad omnes cõtractus inter viuos referũtur,[b] ſiue re, ſiue verbis,ſiue literis,ſiue conſenſu fiant.[c] Cùm ergo hæc Conſtitutio in genere de omnibus rebus loquatur, intelligitur de rebus mobilibus & immobilibus,corporalibus & incorporalibus, in commercio hominum verſantibus.Sed præcipua quæſtio in hoc verſatur,vtrum de omnibus obligationibus cuiuſcunque generis intelligatur. Quæ quæſtio vt ordine diſcutiatur: Primo loco diſſeremus de omnibus obligationibus, ſiue quæ ex contractu naſcuntur, vel ex quaſi contractu, ſiue quæ ex delicto naſcuntur, ſeu ex quaſi delicto. Secundo,de pactis tacitis à lege vel homine comprobatis. Tertio, de inſtrumentis amiſſis, vel tempore conſumptis. Quarto, de teſtamentis,codicillis, mortis cauſa donationibus, alijſq; vltimis voluntatibus. Quinto, de qualitatibus ſeu accidentibus rerum, de quibus litigatur. Sexto, de pactionibus nullam certam quantitatem vel æſtimationem habentibus, quo modo facienda ſit æſtimatio. Nam hi ſunt præcipui modi obligandorum hominum:[d] ideoque ſeriatim diſcutiendum erit, in quot & quibus locum habeat vel non habeat hæc Regia Cõſtitutio.Quantum ad primum membrum, ſcilicet de obligationibus quæ ex contractu naſcuntur, vtrum in his omnibus abrogata ſit teſtium probatio. Ad hoc reſpondendum puto, hanc Conſti-

Specialis totius Cõmentarij diuiſio.

a In L. Labeo. ff de ver. ſignific.

b L. Verba geſſerunt. ff. eodem

c §. fin. Inſt. de oblig.

d §. Sequẽs Inſt. eod. & l. Omnem oblig. ff. de Iudicijs.

tutiónem maximè intelligi debere de obligationibus quæ ex contractu naſcuntur, & quæ expreſſo hominum conſenſu contrahuntur: vt in emptione, venditione, locatione & conductione, ſocietate, cōmodato, permutatione, cæteriſq; conuentionibus quæ inter duos vel plures legitimè contrahuntur.[e] Quas omnes Ariſto[f] ſub hoc verbo συνάλλαγμα comprehendebat: id eſt, quæ mutuo conſenſu conficiuntur, non tantùm Iuregentium, ſed etiam Iure ciuili, vt in ſtipulationibus omnibus, alijſque conuentionibus actionem vel exceptionem parientibus, tam bonæ fidei, quàm ſtricti Iuris (nam hæ duæ ſpecies parùm in Gallia noſtra differunt) & idem in donationib⁹ inter viuos factis, ſtipulatis, & perfectis, cùm appellatione cōtractuum venire ſoleant.[g] Pro his ergo omnibus contractibus, ſi libras centum excedant, ſancita eſt huiuſmodi Cōſtitutio, vt obuiam iretur infinitis penè litibus, & teſtium ſubornationibus, quæ pro his cōtractibus probandis fiebant quotidie: atque ideo cùm notariorum copia habeatur quouis loci, & ex eo facilior fieri poſſit probatio quàm teſtibus, imputabitur contrahentibus, ſi hanc faciliorem probandi viam non eligant, imò fraudis aut falſi ſuſpicione non carebunt, qui ſecundùm hanc Legem contrahere neglexerint.[h] Sed ſunt quidam cōtractus, vel pacta quantuncunque expreſſa, de quibus dubitari vidi, an huic Legi ſubijciantur: ſcilicet in depoſito, in matrimonio, & pactis matrimonialibus: item in ſimulatis contractibus, in quibus aliud ſcribitur ſimulatè, aliud verè paciſcitur:

e L. 1. ff. de Pactis.

f l. Iuriſgentium. ff. eod. & l. Labeo. de verb. & rerum ſig.

g L. Contractus. C. de fide inſtrum.

h not. in l. Si quando. C. de inoff. teſt.

item in pactis nundinalibus, id eſt, quæ fiunt inter ruſticos, aut alios, de rebus quæ in nundinis veneunt. An de his omnibus, centum libras excedentibus, contractus ſcribi debeant. Hæc quatuor merentur longiorem diſputationem.

Quid in depoſito.

CAP. TERTIVM

QVANTVM ergo ad depoſitum, tanta olim erat depoſiti ſanctitas atque fiducia, vt inter amicos, affines, cognatos, vel vicinos, remotis teſtibus, vt plurimùm, fieret. Ideoq; naſcente Eccleſia, primis Chriſtianis illud inſigne pietatis & bonæ fidei tribuebatur, penès eos depoſitum, ab eis nunquam denegari: vt teſtatur Plinius Iunior, ſcribens ad Traianum,[a] his verbis: *Se ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere ſoliti erant, ſed ne furta, ne latrocinia committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum, appellati, abnegarent.* Hæc depoſiti fides multis temporibus ſeruata fuit inter homines, tandem paulatim pro corruptis hominum moribus degenerauit, adeo vt temporibus Iuſtiniani in dubium ſit reuocata deponendi fiducia.[b] Nam cùm multi depoſitum falſò ſubijcerent ob ſpecimen amicitiæ, vel coniunctionis, & è contra, qui depoſitum acceperant audacter denegarent, eò quòd remotis teſtibus, & occultè accepiſſent, vt fieri ſolebat olim inter amicos, & probiſſimos viros: ideo ſancita eſt Nouella à Iuſtiniano ſuper forma cõtrahendi depoſiti.[c] Quæ tamen in hoc Regno obſeruata non fuit,

a *Epiſtol. 100. lib. 10.*

b *Notatur in Auth. De inſtr. cautel. & fid. §. Si quis. Coll. vi.*

c *In auth. Si quis vult. C. Qui potior in pig. hab.*

vt ſcilicet depoſiti fides non niſi ſcriptis,& tribus teſtibus probari poſſet: imò, vt plurimùm, locum habuit antiqua illa depoſiti fiducia, qua ſine teſtibus aut ſcriptura fiebat inter amicos depoſitum: & hac ratione, quouis genere probationis,ſi fortè denegaretur, vel ſcriptis, vel teſtibus, ſecundùm priſcam Iuris licentiam, probari poterat.[d] Superueniente autem hac Regia Conſtitutione, dubitatum fuit, an ad depoſitum extenderetur, propter antiquam illam deponendi fidùciam, quæ inter amiciſſimos tantùm haberi ſolet. Hæc quæſtio non carebat diſputatione,& ideo vt faciliùs intelligatur, præſupponendum erit tres eſſe depoſiti ſpecies. Prima, quando depoſitum fit in gratiam pręcipuè illius penès quem deponitur, vt re depoſita vtatur. Et hoc impropriè depoſitum dicitur, ſed potius cõmodatum, aut alia cõntractus ſpecies, vt multis legibus traditum eſt.[e] Secunda, quando in gratiam vtriuſq; fit depoſitum, ſcilicet,vt ille qui accipit re depoſita vtatur, aliquo dato deponenti: & adhuc eſt impropriè depoſitum, cùm magis vergat in locationem.[f] Et hæc duo depoſiti genera, Alciatus vocat irregularia.[g] Quocirca in his duabus ſpeciebus, nullum erit dubium, quin Lex iſta locum habeat: quia cõmodatum & locatio ſunt vulgares contractus bonæ fidei,[h] in quibus nullum poteſt afferri priuilegium, vt excipiantur à Cõſtitutione iſta. Tertia ſpecies depoſiti eſt quando in gratiam ſoliùs deponentis res cuſtodienda traditur, quod verè depoſitum dicitur:[i] & de eo dubitatum fuit, nec perperam, cùm magis, vt plurimùm, fieri

d L. In actione. C. De Iureiur.

e L. Lucius Titius. & l. Publia. §. Lucius. ff. Dep.

f L. 1. §. Si veſtimẽta. & ſeq. l. Quintus Cec. & l. Si ſacculum. ff. eod. cap. bona fides. ext. eod.

g Ad l. 1. ff. Si cert. pet.

h §. Actionum. Inſt. de action.

i L. 1. & l. Quod Nerua. ff. Depoſit.

ſoleat tale depoſitum tempore neceſſitatis, vt tempore belli, vel tempore peſtis, aut alia vrgente occaſione, qua aut deponens fugere, aut longè abire, vel etiam latere neceſſe habeat: provt his bellis ciuilibus nuper tranſactis pluries ab vtriuſque partis hominibus expertum fuit: nam tam caluæ erant occaſiones, vt quærendorum tabellionum momentum, etiam minimum, non largirentur, ſed tantùm arripiebatur deponendi qualiſcunq; opportunitas: *In his enim* (inquit Vlpianus)[k] *locus vel tempus non patitur plenius deliberandi conſilium*. Et his rationibus videbatur depoſitum vſque adeo priuilegiatum, vt quoquo probationis genere, etiam teſtibus alioqui coniunctis, probari poſſet, nec huic Regiæ Cõſtitutioni depoſitum verum & ſimplex ſubijciendum. Accepimus tamen à grauiſſimis ſupremæ Curiæ Aduocatis, depoſitum huic Cõſtitutioni ſubijci debere, placito Curiæ nuper iudicatum fuiſſe,[l] & purpureis veſtibus pronunciatum. Quod tamen intelligendum non puto, de depoſito ſupradictis neceſſitatibus tumultuariè facto, ſed de ſimplici & voluntario depoſito. Atq; ideo in hac quæſtione ita diſtinguendum putarem. Aut enim agitur de ſimplici, libero, & ſpontaneo depoſito, quod non vrgente neceſſitate, ſed liberali voluntate, ad tutiorem cuſtodiam depoſitum ſit, & cuius denegatione, vel mora, Iuriſconſultus ad ſimplum duntaxat condemnationem exigit.[m] Et in hoc puto hanc Legem locum habere, iuxta ArreſtumCuriæ: cùm libera ſit facultas deponenti nulla neceſſitate preſſo, depoſitum ſolemniter & ſcriptis

k L. prima de exerc. act.

l Ann 1573.

m L. prima §. Prator ait. ff. depoſit.

& ſcriptis facere, ideoque ei imputandum, ſi ſecundum Legis formam non contraxerit.[n] Aut verò depoſitum ex neceſſitate factum dicitur, vt pote in tumultu, incendio, ruina, naufragio, alijſq; ſimilibus cauſis, in quibus nullum pleniùs deliberandi tempus datur, vt ſæpè viſum fuit cùm milites pecorarij omnia ſurripientes pro foribus eſſent: tunc ſimplex ruſticus, vel mercator, poſt poſticum fugiens, cum ſuo theſauro, vel rebus precioſioribus, apud amicum latenter & tumultuariè deponebat. Quo caſu ſi à depoſitario denegetur, Lex in duplum condemnationem infligit.[o] Quia ergo facultas ſcribendi depoſiti, vel notarios adhibendi, omnino denegatur: nemini dubium erit, nonobſtante hac Lege, & Arreſto, teſtib⁹ probari poſſe, duplici ratione: vna, quòd huiuſcemodi depoſiti in neceſſitate facti denegatio, doli & perfidiæ crimen habeat, cuius vindicatio publici iuris eſſe videtur: *Cum enim* (inquit Vlpianus)[p] *exigente neceſsitate deponitur, creſcit perfidiæ crimen, & publica vtilitate coërcendum eſt, vindicandæ Reipublicæ cauſa.* Atqui in criminibus, aut criminis ſpeciem habentibus, omne probationis genus recipi debet, ergo huic Legi locus eſſe non poterit. Altera, quòd ea quæ neceſſitate fiunt, à voluntarijs actibus ita diſtingui ſoleant, vt quod in voluntarijs actibus à Lege exigitur, neceſſitatibus condonari ſoleat:[q] neceſſitas enim vulgò Legis neſcia dicitur, quæ cum ſuis clauis trabalibus, vt eam deſcribit Lyricus poëta,[r] ita homines conſtringit, & præcipitat, vt Legis ſæpè exacta præcepta omittere cogantur.[s] Ex his cõcludo placi-

[n] l. Si quando C. de non num. pecun. [illegible]

[o] L. 1. ff. de exerc. act.

[p] L. prima §. Merito ff. depoſiti.

[q] L. Cum poſtulaſſem ff de damn. inf.

[r] lib. 1. carm od. 35.

[s] L. Non ſolum. §. fin. ff. de exc[illegible]. l. vn. §. ſane. ff. de off. conſ.

tum Curiæ, quod de depoſito latum dicitur, ad iſtud depoſitum, fortuitò & neceſſitate factum, extendi non debere, nec de eo ampliſſimum Senatum, cuius intentio eſt ipſiſſima ἐπιείκεια, cogitaſſe, magis credendum eſt, ne ex huius conſtitutionis ſummo iure iniuria inducatur.[t] Stet ergo hæc reſolutio, depoſitum voluntarium non niſi ſcriptis, neceſſarium verò & coactum teſtibus, & quouis genere probationis, probari poſſe. Et re vera nuper accepi Arreſtum ſupradictum de depoſito, ab eo qui peregrè proficiſci deliberabat facto, latum fuiſſe, ideoque ad neceſſarium extendi non debere. Quæ tamen ſalua tanti Senatus maieſtate, & æquiſſima interpretatione, dicta ſint.

t L. Si ſeruum § Sequitur ff. de verb. oblig.

Quid in matrimonio?

CAPVT QVARTVM.

S*ECVNDVS* Contractus, de quo dubitatur, an huic Legi ſubijciatur, eſt Matrimonium: in quo eſt duplex conſideratio: vna eſt de ſimplici fœdere matrimonij: altera de pactis conuentis circa matrimonium. Et in primis, de ſimplici fœdere diſputabimus: nam in eo maius dubium verſatur: pluries enim celebratum fuit, & adhuc celebratur, ſine ſcriptis, & maximè inter ruſticos: qui, cum ſuis iuribus plerumq; nubere ſolent, & pactis verbaliter tantùm adhibitis coram presbytero vel parrocho ſponſalia contrahunt, pugnis & alapis, in memoriam, ſe mutuò percutientes, prout

olim in emancipationibus fiebant Rhapiſmata.[a] Si ergo ob defectum ſcripturæ, hæc ſponſalia fœderaq; matrimonialia probari non poſſint, & huic Legi exactè hæc ſubijciantur, quot, quantaq; mala ex his euenient? Nam infinitæ iuuenculæ, potiſsimum ruſticæ, hinc capi & decipi poterunt, infinitaq; matrimonia, etiam per verba de præſenti contracta, dirimi vel deturbari, multaq; animæ pericula experiri, quæ Canones antiqui ſemper vitare curauerunt.[b] Quocirca iniquum videretur ſi matrimoniorum probationes adeo coarctarentur, vt non niſi ſcriptis fieri poſſent. Nuptias enim conſenſus non concubitus facit, ait lex ciuilis:[c] lex etiam canonica tantam vim habere matrimonium aſſerit, vt nuda quacunq; voluntate à quolibet capaci, etiam remotis parentibus, contractum, diſſolui non poſſit.[d] In contrarium autem pro hac lege allegari poterat celeberrimum eſſe matrimonij contractum inter homines, nec vnquam incogitatum fieri ſolere, nec de re momentanea, ſed de perpetua diuinæ & humanæ domus ſocietate.[e] Ideoq; cùm de re ſeria ac celebri agatur, & tabellionum copia vbiq; locorum ſemper abundet, imputandum erit cōtrahentibus, ſi formam ſcribendi neglexerint, & ſecundum legem non contraxerint:[f] cùm nulla poſſit dari præcipitationis occaſio, imò de tali negotio inter ſapiētes ter quaterq; cogitandum, ab omnibus ſemper iactetur. Et cùm multa variaq; pacta in matrimonijs, vt plurimùm, interueniant, quæ ad perpetuam familiarum conſeruationem fieri ſolent, hæc tam ardua, ſoli hominum memoriæ cō-

a Notatur in l. fin. C. de emancip. lib. & in Auth. conſtit. quæ dign. & Ep. coll. 6. & ibi Accurſ.

b Can. Ille 22. quæſt. 5. Can. Si habes 24. quæſt. 4.

c L. Nuptias. de reg. I.

d Cap. tanta vis. extr. qui filij ſint legit.

e L. 1. ff. de rit. nupt. §. 1. Inſt. de pat. poteſt.

f L. Si quando. C. de inteſt. l. Nemo de Leg. 1.

g L. Peregre. ff de acquir. poſſeſ. h l. vt inter. C. de ſacroſ. Eccleſ.

mittere, indignum videretur, cùm & ipſa memoria labilis ſit,[g] & homnium vita breuis.[h] Præterea, teſtium ſubornatio & corruptio (quibus vt obuiam iretur hæcLex ſancita fuit)tanto periculoſior videtur in hoc negotio, quanto maiorem præ ſe fert obligationem,& ligamentum: ergo cautiùs hîc agendum nemo dubitat.[i] Nam ſi teſtium probationem admittat, nemo eſt quantumcunq; pauper, qui ſubornatis duobus teſtibus,ditiſſimam puellam non faciat ſibi vxorem,& è contra. His rationibus, alijſq; plurimis,videretur hanc cõſtitutionem Regiam in matrimoniorum fide magis ſeruandam eſſe, quàm in cæteris quibuſlibet contractibus, & ita à quibuſdam viris doctis non abſq; ratione vidi firmari. Ego verò pro hac quæſtione decidenda puto ita diſtiguendum fore. Aut enim agitur de mero & ſimplici fœdere matrimonij publicè facto,vel de clandeſtino. Primò, de publico dicemus,vt cùm Caius aliquis promittit præſentibus & conſentientibus parentib⁹ & vicinis, accipere Caiam in vxorem per verba de futuro, vel per verba præſentia accipit in vxorem, & è contra, Caia idem ſpondet Caio: adeo vt colligi poſsit ex ijs verbis mutuam inter eos nuptiarum obligationem eſſe,prout antiquitùs hæc erãt nubendi verba,[k] Ego tibi Caius,& tu mihi Caia: vel coram paſtore Eccleſiaſtico publicè deſponſauit: vel his ceſſantibus, publicè tenuit eam, & aluit in vxorem, vicinis ſcientibus, ſequuta copula carnali (nam altero de his trib⁹ modis voco matrimonium publicum): certè in his caſibus, putarem hoc fœdus non ſcriptum, etiam

i Cap. vbi maius. ext. de electiõ.

k Plutarch. in Legib. cõnub. Zenoph. in œcon.

etiam teſtib. probari poſſe ac debere, nec huic Conſtitutioni ſubijciendum eſſe, his rationibus. Prima, quòd nuptiæ iuris ſunt omnino Diuini, cùm ab ipſo ſolo Deo inſtitutæ videantur,[l] & quarum ſolus Deus eſt cultor,& defenſor:[m] Ideoq; nihil humani iuris videtur eſſe in huiuſce nuptiarum vel matrimonij introductione. Cùm ergo mera ſit Lex Diuina, incongruum videretur ſi Lege humana coarctari poſſet: & adhuc indigniùs, ſi deficiente humana probatione, ab hac Lege Regia recèns introducta, illa Diuina coniunctio, in dubium reuocanda eſſet,eo prætextu quòd teſtibus tantùm præſentibus inita eſſet: & ob defectum ſcripturæ omnino deficeret ſanctiſſima & firmiſſima matrimonij obligatio. Quocirca Lex Principis humani in legem Numinis vſurpare non poteſt, nec è contra:[n] *Diuiſum enim Imperium cum Ioue Cæſar habet.* Secunda, quòd hæc cauſa matrimonialis in foro Eccleſiaſtico diſceptari ſolet,& ſecundùm Canones eccleſiaſticos decidi & iudicari, prout in hoc Regno hucuſq; vſurpatum fuit, ita vt nec alio iure quàm Canonico recipi ſoleat cauſæ iſtius dijudicatio: atqui Canones & Magiſtratus Eccleſiaſtici pro ſuis ritibus & religione matrimonium inter ſacramentalia referunt.[o] & hac ſola ratione, iudices Eccleſiaſtici huius cauſæ cognitionem ſemper ſibi vindicarunt.[p] Sed quæſo, quid abſurdiùs eſſet, ſi id quod à iudicibus Eccleſiaſticis ſacramentum eſſe contenditur, ſeu res ſacramentalis vel myſtica, non niſi ſcriptis & tabellionibus adhibitis conficere liceret? Illud certè politiæ Eccleſiaſticæ, &

l Can. Sicut. 2. quaſt. 2. & Canon. omne 27. q. ſecunda.

m Can nemo. 32 quaſt. quarta.

n Cap Nouit. extr. de Iudicijs

o dict. can. Omne.

p Cap Licet cap. tertio loco. de prob. Cap. Cauſam Qui filij ſint legit. extr.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

pietati Chriſtianæ derogantiſſimus, & maxime in hoc decreto matrimoniali, cuius exequutio & ſolemnitas palam & in facie Eccleſiæ celebrari conſueuit, et ſanctiſſimo antiquiſſimoq; Eccleſiæ ritu: cui notarios adhibere tam indignum quam ſuperfluum videretur, ac ſatis ſuperq; ſufficiat Eccleſiæ publica facies & authoritas, maximè quòd præcedere ſoleant denunciationes publicæ, quibus notorium fit omnib[us] matrimonium. Igitur hanc Legem Reg. in tam celebri & notorio negotio locum non habere cenſeo, cum Legis deficiat hic ratio, ſcilicet timor ſubornandorum teſtium: impoſſibile enim videtur, totam Eccleſiam, hui[us] ſacri fœderis teſtem, corrumpi poſſe: ceſſante ergo Legis ratione, ceſſare Lex ipſa videtur. [t] Tertia ratio eſt, quòd iudicium in cauſa matrimoniali latum, ſi contra matrimonium datum fuerit, nunquam tranſit in rem iudicatam, ex iure Canonum, [v] in hoc Regno paſſim recepto. Quod certè mirum videri poſſet, cum in Iure paſſim clametur, rem iudicatam pro veritate haberi, [x] & ſententiam de albo nigrum, & de nigro album facere: quod tamen fallere videtur in matrimonio, quoties contra matrimonium denegatum, iudicatum fuerit. Nam ſi ſæpius iudicatum fuerit matrimonium non eſſe, quia forte deficit probatio, imò ter iudicatum fuerit, ita vt non amplius de iure appellare liceret, [y] tamen ſi ſuperueniat pro matrimonio integra & perfecta probatio, vel teſtibus, vel inſtrumentis, tunc ſemper admittitur noua cauſæ cognitio: [z] imò etiam ſi delato iuramento, iuratum fuerit quantumcunq;

[Margin notes:] ... [illegible] ... L. quid di- tum ff de pa. — v Cap. lato, ... extr de ... — x L. ... iudicata ... iur. — a Tit. Cod. ... pro ... extr de ... re iud.

ſolemniter, non eſſe matrimonium, & pro iuramento iudicatum, licet videatur iuramentum illud nunquam retractandum, ſed à Deo ſolo vlciſcendum, nihilominus probatione ſuperueniente (quod intelligo de integra & irrefragabili) retractatio primi iudicati, vel etiam appellatio, ſemper admittitur. Et ita practicatum & iudicatum fuiſſe in hac ciuitate Pictauenſi in foro Epiſcopali, retulit mihi dominus Reilius, celebris & veteranus in hac Curia Aduocatus: qui tunc erat iudex Eccleſiaſticus cuiuſdam cauſæ matrimonialis, inter duos quoſdam nobiles. Nam mulier, quæ nobilis erat, aſſerebat quendam nobilem matrimonium ſibi promiſiſſe per verba de præſenti, & copula carnali conſummaſſe, quod denegabat nobilis ille: & cùm mulier nec teſtes nec inſtrumenta haberet, detulit iuramentum ſolemniter in Eccleſia faciendum: quod acceptauit nobilis, & ſolemniter palamq; in Eccleſia iurauit, & pro ſuo iuramento abſolutus fuit. Certo poſt tempore, ſuperueniunt probationes per teſtes omni exceptione maiores, ideoq; petijt mulier, vt nonobſtante iuramento & ſententia, ad probandum matrimonium admitteretur: cuius ſupplicationem non admittendam eſſe defendebat nobilis, ac de iuramento, & iudicato excipiebat. Tandem per ſententiam admiſſæ ſunt mulieris probationes, & cùm nobilis ab hac ſententia prouocaſſet, iterum atq; iterum per Eccleſiaſticos iudices metropolitanos firmata fuit ſententia, & partibus ad primum iudicem remiſſis, & auditis mulieris teſtibus de matrimonio vno ore teſtifican-

a L. 2. C. de reb. cred. & iureiur.

Retractatio iuramenti & ſententiæ in facto matrimonij.

tribus, lata fuit, in gratiam mulieris contra nobilem, pro matrimonio ſententia, nonobſtante prima abſolutoria. Cùm ergo cauſa matrimonialis tanto gaudeat priuilegio, propter ſacrum Diuinumq; fœdus, quod merè ſpirituale videtur ſecundum Canones,[b] vt etiam in ſententiam contra matrimonium latam, teſtes de matrimonio teſtificantes præualeant: à fortiori ergo ratione, teſtes ad probandum matrimonium, nulla adhuc lata in contrarium ſententia, admitti debent, nonobſtante hac Regia conſtitutione: argumento de maiori ad minus, in iure fortiſſimo.[c] Ex his ergo, & multis alijs quæ huc adduci poterant, concludo pactum & fœdus nuptiale ſacrum ac diuinum, legitime factum, quamuis non ſcriptum, huic Regiæ Conſtitutioni ſubijci non debere, nec ſuſpicandum eſſe Regem noſtrum, ea quæ pro foro ſeculari introducere viſus eſt, ad rem merè Eccleſiaſticam ſecundùm Canones iudicari ſolitam, cui ſe immiſcere non conſueuit, extendere voluiſſe, cùm ſoliti fuerint Principes iura Epiſcopalia Epiſcoporum moderationibus ſemper relinquere,[d] nec falcem in meſſem alienam immittere. Et hæc de publico ſeu publicato matrimonio dicta ſint.

b Notat. in Can Loci. § hic ita. in ſt. gl. 35. quaſt 4.

c L. Nec in ea ff ad leg. Iul. de adult. l. Communicula C De ſa roſ. Eccl.

d Cap Nouit. extr de Iudic. l. Nos reddentes C de ſum. Trin. & fid. Cath.

Quid de clandeſtino Matrimonio?

CAPVT QVINTVM.

QVID autem de his matrimonijs, quæ clam & remotis, ac ſæpe inuitis parentibus, facta præ cenſentur: quæ tamen iure Canonico conſiſtere videntur, [a] de

a cap. Cum cau a & cap. cum inhibicat. ca. r. de rapt.

quibus vidi lites infinitas. Nam in his clandeſtinis & occultis, quæ nunquam dolo & ſuſpicione mali carere videntur, hanc Legem locum habere putarem. Vt autem iſte articulus planè intelligatur, præmittendum eſt, quid ſit verè clandeſtinum matrimonium. Nam clandeſtinum dicitur altero de his tribus modis. Primò, quãdo nullum eſt nec teſtib⁹ nec ſcriptis teſtimonium. Et de eo non diſputabimus, cum, ſi denegetur, & probari non poſſit ab eo qui dicit, cui onus probandi incumbit, [b] inter matrimonia non debeat computari. Secundò, quando filius vel filia ſubornati, ſpretis parentum votis, noctu vel diu, occultè, & adhibitis quibuſdam priuatis & ſubornatis teſtibus, promittunt matrimonium per verba de præſenti, vt prætendunt, & datis ſæpe arris: vel fortè etiam quandoq; occultè per presbyterum priuatum, & ad illud ſubornatum, extra faciem Eccleſiæ, abſq; cœtu parentum, & vicinorum, & ſæpe in priuato ſacello, filia voluntariè à ſinu parentum rapta & ſeducta. Tertiò, quando nullis ſolemnitatibus à iure introductis, inter virum & mulierem ſui iuris exiſtentes, prætenditur matrimonium ſimpliciter promiſſum, priuatim ſine alia publicatione, vel demonſtratione publicè habita, altero de tribus modis ſuperius deſignatis: vt ecce, Caius ſui iuris conſtitutus, prætendit Titiam, ſeu virginem, ſeu viduam, ſui iuris conſtitutam, verba matrimonij ſibi dediſſe, ſiue de futuro, ſiue de præſenti, idq; in domo Titij, vel alia priuata, dato forſitan annulo, ſed nullis ſolemnitatibus, proclamationibus, & cæremonijs à

Clandeſtinum matrimonium quod.

b L. Actor C. de probat.

Lege Canonica introductis. His duobus caſibus denegatur promiſſio: nam hæc omnia ſunt clandeſtina. Item hæc clandeſtina intelligo, quando nihil aliud publicum ſubſequitur, quo clandeſtinitas illa purgata fuerit, nempe ſi non ſubſequatur vnus de prædictis ſuperioribus caſibus, ſcilicet, vel promiſſio cum parentibus, vel publica ſolemnitas in facie Eccleſiæ, vel publica cohabitatio viri & vxoris eo nomine ſimul tracta: nam ex his ceſſaret vitium clandeſtinum.[d] His ergo non ſubſequutis, ſed ſemper manente vitio clandeſtinitatis, & ſola priuata pactione prætenſa à muliere denegata, vel è contra, virum teſtibus, non obſtante hac Lege, probari liceat? Et puto tale occultum pactum huic Legi ſubijciendum eſſe, teſteſq; recipi non debere, cum teſtes ad negotium illud adhibiti, ſubornati omnes videantur, atque redempti, ad clandeſtinam illam deſponſationem, à Canonibus ſub pœna excõmunicationis interdictam, perpetrandam:[e] & hac conſideratione, in Legis illius rationem magis ac magis incidere videntur, ſcilicet in ſubornationũ teſtium ſuſpicionem, cum ipſimet omnes non niſi ſubornati & corrupti ad rem prohibitam & ſceleſtam adhiberi potuerint, & idcirco tale matrimonium teſtibus probari non poſſe, ex ratione illius Conſtitutionis, quæ in eo caſu militat, vel vbi etiam accedat copula carnalis, quæ teſtibus probari poteſt, quia, propter copulam illam ſubſequutam, facilius admitteretur clandeſtinæ deſponſationis, aut promiſſionis, per teſtes probatio, vt vitetur materia peccati: eo quod

[d] [illegible]

[e] dict. cap. [illegible]

copula ſubſequuta, maxime inter pares, nonnullam matrimonii præſumptionem iuridicam habere videatur, ſi cum ea aliqua promiſſio, etiam clandeſtina, præbetur: nam ſola copula carnalis non induceret matrimonium. Et ſuper hoc articulo vidi aliquando dubium naſci de quodam nobili & diuite Xanthonenſi, qui puellam plebeiam, quod formoſam & venuſtam eam videbat, ſecum retinuerat, quam aliquando concubinam, aliquando vxorem nominabat, tandem ex ea liberos habuit: eo mortuo, plebeia relicta ſe vxorem dicebat, & inter eos matrimonium clam & nocte celebratum fuiſſe, idq; teſtibus ꝓbauit (nempe ante hanc Cõſtitutionem Reg. caſus acciderat) adeo vt vxor legitima habita fuerit, ex eo maxime, quod vxorem defunctus ſæpe eam appellarat inter vicinos. Nec obſtabat, quod defunctus nobilis & diues erat, & ſic ingenuus, relicta vero, plebeia, & quaſi ſeruilis conditionis, & ſic, ex antiqua Lege ciuili, nuptiæ inter eos prohibitæ viderentur, ſed magis concubinatus vel contubernium dicebatur. Nam hæc prohibitio magis ex honeſtate, quàm ex neceſſitate in hoc Regno practicari ſolet: tam enim libera ſunt matrimonia, [k] vt ſæpe viſum fuerit nobiles plebeias etiam ruſticas duxiſſe, & quotidie pro arbitrio ducere, pluris forſan facientes Venuſtatem ſimul & ætatem, quàm nobiliſſimæ familiæ fucum & magnitudinem, ducti hac Satyrici [l] ſententia,

Malo Venuſinam quam te Cornelia mater
Gracchorum, ſi cum magnis virtutibus affers
Grande ſupercilium, & numeras cum dote triumphos.

f [illegible] & cap. [illegible] ſpon. g [illegible] & [illegible] Caſo & [illegible] 10. [illegible] 5.

h L. [illegible] Cod. de nup. i L. Senator [illegible] L. [illegible] de ri. nupt. & l. [illegible] C. de [illegible] L. [illegible] ff. [illegible] nub.

k L. [illegible] ff. d. [illegible] cap. [illegible] cap. Inter opera. [illegible] Auth. [illegible] C. [illegible]

l Iuuenalis Satyra 6.

Illud tamen indecorum nobilitati puto, & cum antiquis, pares cum paribus nubere honeſtius ſemper exiſtimaui: coniugij enim diſparitas, fere ſemper infœlix fuit, paritas verò ſocietatis & amicitiæ conſeruatio, ſecundum Iunonis verſum à Plutarcho relatum, m

m In lib. connubial.

Vos & amore pares iungam, thalamóque locabo.

Ex his ergo cõcluditur, pactum matrimonij clandeſtinum ſeu priuatum, ſi nihil aliud publicum ſubſequatur, nec copula carnalis interuenerit, quæ ſola non ſufficeret, teſtibus probari non poſſe, ſecundum hanc Conſtitutionem Regiam, rationibus ſupradictis. Nonnulli tamen dubitant de promiſſione clandeſtina, præſente aliquo Sacrifico ſeu presbytero facta, remotis parentibus, propter myſticam affidationem à presbytero etiam non proprio factam: quod ſæpe non ſine abuſu factum fuit. Nam quantumuis clandeſtina & abuſiua ſit ea deſponſatio, putant tamen matrimonium hoc modo indubitatum, propter myſticum presbyteri interuentum: itaque quoduis genus probationis recipi debere. Quod certe diſputatione non caret: cum non minus ſubornatus videatur presbyter priuatus, qui extra paſtoralem ſuam curam, inſcijs parentibus, munus illud exercet, quam teſtes huic clandeſtino & prohibito matrimonio aſtantes. Ideoq; pari pœna plecti deberent omnes, & tale matrimonium contra Leges factum pro infecto haberi. In hoc tamen ſubſiſto, propter authoritatem Canonum, qui tale matrimonium reprobari nolunt, correcta Legum ciuilium

n Cap. Cum cauſa. cap. ſufficiat. extr. de rap. & dict. cap. cum inhibitio de cland. deſp.

ciuilium antiqua inſtitutione, quę tales nuptias nunquam probabat. [o] Et certè memini audiuiſſe à maioribus noſtris, antiquitùs latum fuiſſe à ſacro Senatu Pariſienſi Arreſtum, quo quidam nobilis, qui nobilem quandam puellam è ſinu parentum voluntariè rapuerat, & in priuato ſacello noctu per ignotum presbyterum deſponſauerat, capite damnatus fuit: quo etiam antequam pronunciaretur vel exequeretur capitis iudicium, Senatus præcepit deſponſationem in facie Eccleſiæ publicè fieri, vt ſubornatæ puellæ ſaluus maneret pudor: deinde ſacris peractis, raptor ad ſupplicium ductus fuit. Quod tamen firmare non audeo, cùm ex auditu tantùm habuerim. Itaq; huius articuli malo ſupremorum Senatuum iudicium expectare, quàm in tanta re temerè iudicare. Sed quando nullus omnino interuenit Sacrificus, at prætenditur tantùm priuata pactio & promiſſio de nubendo, priuatim & ſine ſcriptis, tunc puto quod, ſi denegetur, huic Legi ſubiacere debebit, & teſtium probatio reijci, ex ratione iſtius Conſtitutionis, cùm ſit ſimplex pactum, nullo ſacro miniſterio firmatum. Et cùm ſuperiori anno dominus iudex Primatiæ Archiepiſcopi Bituricenſis cauſam appellationis ab officiali Cadurcenſi iudicandam haberet, in hanc ciuitatem proceſſum attulit deliberandum, & iudicandum, quia forſan recuſati erant Bituricenſes iudices. In hac ergo cauſa, quidam mercator Toloſanus aſſerebat iuuenem quandam viduam Cadurcam verba matrimonij ſibi dediſſe in quodam horto, & etiam in domo, præſentib' nonnullis teſtibus,

o §. 1. Inſt. de nupt. l. 2. ff. de rit. nup.

& iocaria nōnulla prædictæ viduæ miſiſſe, & donaſſe, quod denegabat vidua, quæ iam alteri nupſerat. Iudex Cadurcenſis, viſis probationibus, viduam à fœdere matrimonij ſua ſententia abſoluerat: à qua ſententia appellatum fuerat. Hæc appellationis cauſa à dicto domino iudice Bituricenſi propoſita & enarrata dominis Roſſello, Reiſio, Baroni, & Bocheto (huius ſedis celebribus & veteranis Aduocatis) quibuſcum aderam: viſum fuit, ſuperius firmare iudicium, non tantùm quòd imperfecta videretur teſtium probatio, ſed etiam quòd hæc ſimplex pactio hoc Edicto Molinæo comprehenſa videretur.

Quid de Pactis Matrimonialibus?

CAPVT SEXTVM.

EXPEDITA ergo quæſtione de mero & ſimplici fœdere matrimonij, quid de cæteris pactis matrimonialibus, quæ tamen reſpiciunt matrimonium, vt dotis conſtitutio, donationis propter nuptias, (quam vulgò doarium appellamus) aſſignatio, ſocietatis conuentio, renunciatio, cæteráq; pacta in matrimonijs fieri ſolita, nunquid etiam teſtibus probari poterunt, nonobſtante hac Lege Regia? Quod dicendum videretur: cùm eiuſdem fauoris cenſeantur cum principali pacto, & fœdere matrimonij, cuius ſunt acceſſoria, & ideo eiuſdem naturæ iudicari debeant, iure vulgatiſsimo: [a] Imò dotis conſtitutio tanto gaudeat priuilegio vt ſemper & vbiq; præcipua, & omnibus pactionibus tam priuatis quàm pu-

[a] Cap. Acceſſorium. de Reg. iur. in 6

blicis anteponenda: cùm publicæ rei, magis quàm priuatæ, interſit dotes mulieribus ſemper cõſeruari, vt paſsim Legibus tam Ciuilibus quàm Canonicis clamatur.[b] Si ergo per teſtes matrimonij confectio, publica, aut cœtu parentum, aut cœtu Eccleſiæ, aut vicinali cohabitatione cum copula, ꝓbari etiam ſine ſcriptis poſſit, ergo idem de dote cõſtituta, alijſq; pactis ſequitur cõcludẽdum, ex identitate rationis.[c] Ego verò ſuper hac quæſtione ita diſtiguẽdum putarem: nam aut in eodem cœtu & cõuentione, in quibus eſt initum fœdus matrimonij, inita quoq; dicuntur pacta matrimonialia, vt ſæpe vidi inter ruſticos in eodem parentum conuentu fieri per parrochum ſeu paſtorem affidationis, & eodem colloquio dotis promiſſiones, aliaſq; cõuentiones, adeo vt nulla ſit diſcõtinuatio fœderis matrimonialis à cæteris conuentionibus. Et tunc, data facultate probandi per teſtes fœdus matrimonij, eadem erit facultas in probandis cæteris pactis matrimonialibus vno continuato ſermone & colloquio peractis: cùm vnus & idem cõtinuus & inſeparabilis actus dicatur, ideo diuerſo iure cenſeri non poteſt.[d] Aut verò pacta matrimonialia ſeorſum & diuerſo actu à fœdere nuptiali inita dicuntur. Exempli gratia, in cœtu parentum factæ fuerunt nubendi promiſsiones, & per Curatum affidationes, de dote autem alijſq; pactis nihil prorſus dictum, vt ſæpe faciunt ruſtici: vel etiam in facie Eccleſiæ celebratum eſt matrimonium, de alijs autem pactis nihil dictum, ſed prætenditur quòd certa die, ante vel poſt affidationes, vel ſponſalia,

b L. 1 ff. Solut. matr. l. Aſsiduis C. qui potior. in. l. pro oneribus. C. de iur. dot. cap. Salubriter. ext. de vſur.

c L. Illud. ff. ad Leg. A.

d L. Continuus. ff. de v. oblig. l. duos §. fin. ff. de duob. reis: & not. in l. ratum. ff. de ſol.

partes conuenerunt pro dote conſtituenda, alijſq; pactis conficiendis, quæ tamen ſcriptis non patent, ſed vult maritus hæc pacta teſtibus probare. Dico ad hoc admitti eum non debere, ſi libram centeſimam excedant huiuſmodi pactiones, huicq; Conſtitutioni ſubijci debere his rationibus. Vna, quòd eis imputatur, quare cùm de re merè ciuili & profana contrahere vellent, Legis formam neglexerint:[e] Altera, quòd non inconueniens videatur, matrimonium ſine dote confici poſſe: nam iure receptum eſt, dotem ſine matrimonio conſiſtere nunquam poſſe,[f] matrimonium autem ſine dote procedere ſæpiſsimè viſum eſt.[g] Nec obſtat ſi dicatur, maximo damno coniunctos affici poſſe, ſi teſtibus dotem ſibi promiſſam fuiſſe probare non liceat, nam forſitan iuuenes & pauperculi, rebus neceſſarijs deſtituti videbuntur, &ad egeſtatem ſummam reducti, cùm pro oneribus matrimonij dotes conſtitui ſoleant.[h] Nempe ad hoc reſpondetur, eos Legis remedium paratiſsimum habere, ſcilicet, ſi vxor patrem vel matrem habeat, vel tutorem, ſeu curatorem, quorum ſit officium filiam dotare, tunc eos conueniet ad hoc, vt pro officio paterno,[i] vel etiam materno, ſi mater bona paterna detineat, aut ipſe tutor, ipſam filiam dotare cogantur: quæ dotatio fiet ſecundùm facultates paternas, & conſiderata etiam dignitate mariti. Nam abſq; dubio, pater, mater, tutor, aut protutor, ſi legitimè nupſerit filia, id eſt patre & parentibus conſentientibus, ad dotem conſtituendam tenebuntur, vt iure vulgatum eſt.[k] Si verò non conſentiente

e Not. in l. Si quardo. C. de inoffi. teſt.

f L. 1. ff. de cod. ob cauſ. dat.

g l. 3. ff. de iur. dot. l fin. C. de don. ante nup. & in auth. de triente & ſemi. §. Sed nec. coll. 4.

h L. Pro oneribus C. de iur. dot.

i L. fin. C de dot. promi.

k L. Cum poſt. §. gener l. quæro ff. de iu. dot. l. 3. C. de dot. pr.

ſentiente patre nupſit filia, ante xxv. annum, dotis conſtitutionem exigere non poterit maritus,[l] cui imputatur, quare non legitimè nupſerit:[m] & poſt xxv. annum expletum, ſi filia etiam ſine conſenſu patris nupſerit, nihilominus poſt tantum temporis lapſum, propter incuriam parentum, dotem exigere poteſt ipſius maritus: argumento ſumpto ex iure nouiſſimo,[n] quod & Regis Conſtitutione in hoc Regno inductum videtur. Ergò hæc Lex Regia dotibus præiudicialis videri non poterit, cùm ad dotem conſtituendam ius noſtrum remedia aliunde parauerit. Ex his igitur ſit firma hæc concluſio: Pacta dotalia à fœdere matrimonij etiam publico ſeorſim facta, non niſi ſcriptis, ſecundùm hanc Legem, probari poſſe. A fortiori ergo, de his quæ facta dicuntur in priuata & clandeſtina nubendi promiſſione, nullo actu publico purgata ſeu diuulgata, idem ſtatuendum eſt.

[l] L. In coniunctione. L. viduæ. C. de Nupt. l. 2. de rit. nupt. l. in ſponſalibus. 1. ff. de ſponſ. l. ſi filiam. C. de inoff. teſtam.

[m] L. Qui contra. C. de inceſt. nupt.

[n] Auth. Sed ſi poſt. C. de inoff. teſtam. auth. vt cum. de app. cog. §. aliud quoque capitul. coll. viij.

Quid de ſimulatis Contractibus?
CAPVT SEPTIMVM.

TERTIA circa hanc Conſtitutionem ſequitur diſputatio, ſcilicet de ſimulatis contractibus: in quibus aliud ſcribitur, aliud paciſcitur: vel etiam plus quàm ſcriptum ſit promittitur: vel vna cauſa ſimulatur, & alia inter partes ſubintelligitur, vt potè qui vendit animo donandi, vel donat animo vendendi, & de cæteris ſimilibus: de quibus in iure plures inueniuntur ſpecies.[a] Quarum, nonnullæ ſunt permiſ-

[a] In L. Si donationis. l. Si non donationis. l. empti fides. C. de cōt. empt. & in l. multum intereſt. C. Si quis alter. vel ſibi. l. cum in venditione. l. Si quis donationis. ff. de cōtrah. empt.

ſæ,[b] nonnullæ prohibitæ,[c] aliæ pro non ſcriptis habitæ, pro vt dictat iuris æquitas, ſecundùm ſubiectam materiam. Et de his omnibus facienda eſt diſcuſſio, vt cognoſcatur quæ ad Legem iſtam pertineant, & quæ non. Nam videtur hæc Lex generalem afferre regulam, qua, in his verbis, *Sans receuoir aucune preuue par teſmoings, oultre le contenu au contract, ne ſur ce qui ſeroit allegué auoir eſté dict ou conuenu auant iceluy, lors, & depuis,* vult apertè nullam probationem afferri poſſe vltra ea quæ nominatim & expreſsè ſcripta ſunt in contractu: ideoq; in emptionis contractu, ſi venditor alleget maius prætium ei promiſſum eſſe, vel emptor res alias venditas ſibi, præter in cõtractu ſcriptas, non eis ꝓbandi per teſtes facultas dabitur, etiamſi ex induſtria, & ex cõuento, ſcriptura inter partes omiſſa eſſe dicatur, nec etiam ſi minoris quantitatis, quàm centum librarum fuerit ſumma, quæ vltra contractum prætenditur, ne in huius Legis rationem ſemper incidatur, ſcilicet in litium anfractus, factorum inuolutiones, & teſtium ſubornationes, exceptioneſq;. Et idem dicemus in omnibus contractibus, vel bonæ fidei, vel ſtricti iuris, ſupra citatis, & alijs ſimilibus: in quibus ea quæ tantùm ſcripta ſunt ſeruari cenſet hæc Regia Conſtitutio, nec aliud præter ſcripta inter partes requiri & allegari poſſe. Hæc eſt regula generalis Legis iſtius, qua abrogatæ videntur omnes Leges, quæ volunt pacta incontinenti appoſita, principali pacto ineſſe videri, & cohærentia contractus veſtiri, ſi nuda erant: de quibus ſubtilis eſt in iure diſputatio.[d] Nam hæc Lex,

b Toto ferè Tit. plus valer. quod ag.

c dict. L. Si quis donationis. §. fin. L. Vir vxori ff. ad Velleian. l. Sores. ff. de de iur. dot.

d l. Petens. & l. Iuriſgẽtium. §. ſed cum nulla. ff. de pact. in l. pacta cõuen. ff. ta. de cõtr. empt.

totam hanc diſputationem reijcit in rebus centum libras excedentibus, ſi non expreſſè ſcripta ſint omnia pacta: quia quod non ſcriptum erit in cōtractu, quantumuis incontinenti pactum, ante vel poſt contractum allegetur, de his per teſtes probatio non admittetur ex hac regula generali: adeo vt non ſcripta pro omiſſis omnino cenſeantur. Hanc tamen regulam fallere tribus modis putarem. Primo, quotieſcumq; ex natura contractus ſcripti, venire vel ſubſequi debet aliquid, præter id quod ſcriptum ſit, & quod ex natura contractus, maximè bonæ fidei cōtractui, accedere debet: vt exempli gratia, in venditione: Si fundus certo pretio vendatur, nec de euictione aliquid dicatur, nihilominus de euictione agi poterit, ac ſi expreſſim ſcriptis cōuenta eſſet, quanuis nihil ſcriptum ſit. [e] In contractu etiam cōſtitutionis vſusfructus, quæ vel donatione, vel venditione, alijſque modis fieri poteſt, ſi nihil dictum ſit de his quæ præſtare debet vſufructuarius, vt de ſartis-tectis, & alijs quæ reſpiciunt conditionem vſusfructus, tamen de his agi poterit, ac ſi ſcripta eſſent. [f] Idemq; in alijs contractibus ſupradictis, propter bonam fidem, quæ in his vberior eſſe debet, quàm in eis quæ ſtrictè ſcripta ſunt, [g] & ideo huic Legi non ita ſubijciuntur, vt abrogata videatur bonæ fidei exuberantia, quæ pro natura contractus & iudicantis religione, in his omnibus conſiderari ſolet. [h] Secundò, fallit hæc regula in omnibus ſimulatis contractibus, vel actibus, qui in fraudem Legis, aut alterius perſonæ, doloſè ſimulantur, exempli gratia: iure Ciuili

[e] L. Non dubitatur. ff. de euict. l. 1. de per. & cō. rei vend. l. ſi maior. C. de cō. rer. alien. l. 2. l. in venditione. ff. de euiction.

[f] L. Hactenus. ff. de vſufruct.

[g] L. ex empto. ff. de act. emp. Doct. in §. actionum. Inſt. de act.

[h] dict. l. ex empto. & L. quia tātundem. ff. de neg. geſt. gl. 1. r. l. In bonæ fidei. C. de pactis.

conſtitutum erat donationem inter virum & vxorem fieri non poſſe, ne mutuo amore ſe ſpoliarent:[i] atqui in multis huiuſce Regni Regionibus, eadem prohibita eſt donatio, vt apud Engoliſmos,[k] liberis extantibus, & idem apud Turones,[l] Pariſienſes,[m] Meldenſes.[n] Sed ſæpe viſum fuit, coniunctos aliud genus contractus non prohibiti inter ſe prætexiſſe, in fraudem tamen Legis donationem prohibentis: vt pote, mulier, quæ donare non poterat, vendebat marito, vel alteri per maritum ſuppoſito, ita tamen, vt ad maritum res vendita reuerteretur, ex conuentione clam inter eos poſita: vt de his omnibus & ſimilibus multa in Iure exempla reperimus.[o] Item in nonnullis conſuetudinibus, vt pote Pictonum,[p] cautum eſt, patrem vel matrem, vni ex ſuis liberis de patrimonio donare non poſſe, vltra legitimam, vt æqualitas inter liberos ſeruetur:[q] multi tamen parentes viſi ſunt, qui perſonis, vel cauſis ſuppoſitis, donabant, vel venditionem ſimulabant, aut alterius generis contractum, vt, in fraudem Legis, vltra legitimam donarent filio prædilecto: cuiuſmodi nonnulla etiam in Iure noſtro exempla ſunt.[r] Cùm ergo hæc omnia doloſa & fraudulenta videantur, & criminis ſpeciem habentia, huic Legi ſubijci non debent, imo teſtibus, omniq; alio probandi genere, huiuſmodi fraudes detegi debere exiſtimo, ne Lex iſta, quæ ſubornationum crimina intendit euertere, alia crimina, ſcilicet fraudes, dolos, & machinationes in Leges, & in aliorum iniuriam, ſumma cum Reipub. iactura, innocua permittere videatur, & ita

i L. 1. l. cum hic ſtatus. & toto ſere tit. de don. inter vir. & vxor.

k Art. conſ. 51. tit. de don.

l art. conſ. 243. titul. de donation.

m art. conſ. 155. de don.

n art. conſ. 18. de donat. mut.

o In L. Si donationis cauſa. ff. de cont. emp. in l. multum intereſt. C. Si quis al. vel ſi.

p art. conſ. 215. tit. de do.

q L. Inter filios. C. Fa. erciſc. l. Lege xii. tab. C. de leg. hæred. l. vt liberis. C. de collation.

r In L. Cum quis. §. Titia de leg. 2. L. Qui teſtamentum. ff. de probationib.

ita ex ſummo iure, & ſtricta illius obſeruatione, maior iniuria naſcatur, quod abſit. [s] Aliud exemplum adduci poteſt in omnib⁹ retractib⁹, ſeu iure ſanguinis, ſeu iure feudi, ſeu iure cōuentionis, à Legib⁹ Municipalibus introductis, nemo eſt enim qui neſciat infinitas ſimulationes quotidie fieri in venditionibus, tum ad excludendum Ius Gentilitium, conſanguineis iure Diuino & Municipali conceſſum, [t] tum ad illudendam dominorum prehenſionem feudalem. Et hæ ſimulationes multis ac propè innumeris fraudib⁹ cōfici ſolent: aliquando enim interpoſita permutatione, quæ tamen eſt venditio: aliquādo interpoſita donatione, quæ pretio clam numerato vergit in venditionem: aliquādo re in cenſum data, cum pecunia ſimul numerata, quæ cenſus æſtimationem excedit: aliquādo maiore ſcripto pretio, quā numerato, ad deterrendum cōſanguineum: aliquādo tranſactione ſimulata, quæ ſæpè ex ficta lite ſimulatur, vt non appareat venditio, cuiuſmodi poſtrema fictio ſæpenumero in Iure reperitur: [v] In ſumma, quotieſcunq; conſanguineus, pro iure ſuo Gentilitio ſeruando, vel feudalis dominus, pro ſua prehenſione, vel laudemijs, ſeu alijs iuribus feudalibus detegendis, vel hæres contendens, fraudem factam fuiſſe contra legem vel conſuetudinem, in præiudicium legitimæ, allegant cōtractuum ſimulationem, & aliud dictum eſſe quàm ſcriptum, vel plus aut minus conuentum, quàm ſcriptum ſit, ante vel poſt contractum, vel in ipſo contractu, idque teſtibus ꝓbare ſe velle cōtendant: Dico, eos admitti debere,

s L. Si ſeruum. ff. De verb. oblig.

t Leu. cap xxv. Ierem. xxxii. & tit. conſ. des Retraictz lig.

v vt not. in L. Cum hi. ff. de tranſact.

nonobſtante hac Conſtitutionis huius prohibitione: cùm hæc omnia criminis ſpeciem habeant, ſcilicet fraudes, dolos & machinationes, ad alium decipiendum compoſitas, quæ nemini patrocinari debent:[x] & contra leges hæc omnia pacta videantur, ideoq; reprobata. [y] Tertiò, quotieſcunque in contractum ſcriptum aliquid obijcitur, quod genuinam contractus naturam deſtruit, vt vis, metus, error iuris vel facti, doloſa inductio ad ſubſcribendum vni inſtrumento pro alio, & aliæ calliditates, quibus contra Legem extorquetur inſtrumentum, item omnes falſitates: hæc omnia ſub Lege iſta comprehendi non poſſunt, eadem ratione iam dicta, quòd nimirùm criminis ſpeciem habeant. Nam quantum ad vim & metum, illud clarum eſt in iure:[z] quantum ad ignorantiam ſeu errorem, ſi error ſit facti tolerabilis, & qui ſapientem fallere potuit, non eſt dubium talem contractum impugnari poſſe, & eius vitium teſtibus probari, maximè ſi nonnihil doli deprehendatur in altero contrahentium: nam qui errat non conſentit. [a] Quantum ad iuris ignorantiam, vel errorem, non omnibus illa conceditur exceptio, ſed illis duntaxat, quibus condonari ſolet iuris ignorantia, vt minori, ruſtico, fœminæ, militi. [b] Quantum ad doloſam inductionem, quæ fit aliquando in ſubſcribendis inſtrumentis, vel chirographis: vt vidi in quadam lite allegari, per quendam reum, ſcilicet, quòd non legens inſtrumentum, alij pro alio ſubſcripſerat: itemq; aliud vidi exemplum, de quodam qui cùm tranſigere vellet cum parte ſua, & pactione

x Cap. Ad noſtram. e t. de empt. & vend.

y L. Pacta quæ cõt. a. C. de pact. L. non dubium. C. de Legib.

z L. 1. & toto tit. ff. & C. quod met. cauſ.

a L. Si per errorem. ff. de iuriſd. omn. iud. l. Error. de iur. & fact. ignor. l. 2. ff. de Iudicijs.

b L. Regula. L. penult. ff. de iur. & fact. ignorât.

hinc inde facta, & compoſita, cautus ille tranſactor duas ſcribi feciſſet tranſactiones, vnam ex veris pactionibus inter eos conuentis, alteram verò longè diſſimilem, & in multis articulis cauto illi tranſigenti longè fauorabiliorem, quam in ſinu retectam habebat, vera tranſactione perlecta, doloſus ille tranſactor fingẽs veræ trãſactioni ſe ſubſcribere velle, ſubtiliter falſam è ſinu proferens illi ſubſcripſit, deinde parti ſuæ dedit, vt ſubſcriberet: qui non legens, putanſq; idem eſſe inſtrumentum, eidem bona fide ſubſcripſit, atq; idem fecerunt eodem errore Tabelliones. Quis dubitat in huiuſmodi contractum, nullitatem & errorem, falſamq; ſuppoſitionem allegari poſſe,[c] & teſtibus hæc omnia probari, oſtendiq; alio modo pactum fuiſſe, quãuis ſit difficillimum? Supradicta ergo & omnia ſimilia, doli & fraudis ſpeciem referentia, huic Legi ſubijci non debere clarum eſt, rationibus præallegatis.

[c] L. ſin. C. plus va. quod agitur quàm quod ſimul.

Quid in Contractibus nullitate formæ laborantibus?

CAPVT OCTAVVM.

QVID autem in Contractibus formæ nullitate laborantibus, & propter defectum formæ, vel ſolemnitatis, fidem non facientibus? In quibus tamen contrahendis, numeratio realis facta eſt, ſed quæ poſtea denegata eſt doloſè, per eum qui recepit, præuidentem forſitan vna ex parte, quòd contractui ſcripto nulla fides daretur, & altera, quòd

probatio teſtibus non admitteretur, obſtante hac Lege. Exemplum ponemus in caſu ſubſequenti, nobis nuper propoſito. Caius & eius vxor vendiderunt quoddam feudum, quod ad vxorem pertinebat, Sempronio: huic venditioni adhibiti ſunt Tabelliones externi, qui cùm in domo mariti & vxoris eſſent, & extra ſuum territorium, ſcripſerũt tamen inſtrumentum venditionis, & acceperunt conſenſum vxoris, numeratumq́; fuit eadem in domo pretium: quia tamen domus, in qua fiebat pactio venditionis, erat extra territorium Notariorum, & quoniam vxor, quæ tunc ægrotabat, in iuriſdictionem Notariorum migrare non poterat, Notarij accepto conſenſu vxoris & viri, ſeceſſerunt in ſuum territorium, & ibi inſtrumento ſubſcripſerunt, narrantes tamen ſe accepiſſe conſenſum à viro & muliere in aliena iuriſdictione commorantibus: huic inſtrumento benè ſubſcripſit maritus, vxor autem literarum neſcia, non ſubſcripſit. Certiſſimum eſt tale inſtrumentum nullum eſſe, nec probationem facere: quoniam iure Municipali Pictonum, [a] & Regijs Conſtitutionibus, Tabelliones extra ſuum territorium nec iudicare, nec inſtrumenta conficere poſſe, certi iuris eſt, nullamq́; fidem eis adhiberi debere: atqui Tabelliones iſti, & iudices Chartularij, in Legem Municipalem Conſtitutioneſq́; Regias facientes, nedum officio abuſi ſunt, ſed & falſum commiſerunt, aſſerentes inſtrumentum in territorio ſuo factum fuiſſe, cùm tamen conſenſum venditorum in alieno territorio ſe recepiſſe referant: nam con-

Facti ſpecies cõſulendo propoſita.

[a] Art. Cõſuet. 378. de Notar.

ſenſus ille, cum pretij numeratione, & rei ceſſione, quæ in alieno territorio facta fuerant, perficiebat contractum venditionis: ergo impoſſibile ſeu falſum fuit in Notariorum territorio celebratum fuiſſe huiuſmodi contractum. His rationibus, concluſum fuit, inſtrumentum omnino nullum, & nullius probationis fuiſſe, defectu formæ, ſolemnitatis, & iuriſdictionis:[b] Et tamen, verum erat pecuniam penès virum & vxorem eſſe, atq; ideo emptorem re & pretio carere, quod iniquum erat.[c] Idcirco quærebatur, cùm inſtrumenti probatio nulla eſſet, nunquid teſtibus contractus probari poſſet, nonobſtante hac Lege Molinæa, ſaltem ad condicendam pecuniam? Huic quæſtioni reſponſum fuit, cùm de dolo venditorum, pecuniam indebitè retinentium, conſtet, condictione indebiti, aut ſine cauſa, emptorem experiri poſſe:[d] non quidem virtute cõtractus ſcripti, ſed propoſita actione iuxta facti ſeriem, exponendo Iudici, venditores illos doloſè pecuniam ab emptore, ſub ſpecie futuræ venditionis, extorſiſſe, eamq; pecuniam indebitè & ſine cauſa penès eos eſſe, ideoq; ad cõdictionem & reſtitutionem concludi poſſe, ſi non maluerint vir & vxor authenticam venditionem celebrare: atq; pro hac condictione, pecuniæ numerationem, eiuſdemq; indebitam retentionem teſtibus probari, nonobſtante hac noſtra Conſtitutione: quæ ad caſus doloſos & fraudulentos, extra pacta & conuentiones, vel in ipſis pactionibus hominum ſuperuenientes, extendi non debet, ne hinc iniuria naſcatur, vnde ius oriri

b *Vulgat. l. Extra territorium. de Iuriſd. omn. iudic.*

c *L. Emptorem, §. fin. verſic. neque enim bonæ fidei. ff. de act. empt.*

d *Toto Tit. de cõdict. indeb. & Tit. de condict. ſine cauſ.*

debet,[e] néve locupletandi occaſio cum aliena iactura inducatur.[f] Aliud exemplum mihi propoſitum fuit, de teſtamento cuiuſdam mulieris, quæ in ſua iuriſdictione ægrotans, aſciuit duos proximæ iuriſdictionis Notarios, ad condendum teſtamentum. Notarij enim, voluntate mulieris audita, teſtamentum ſcripſerunt, & teſtanti perlegerunt, ac conſenſum illius verbaliter acceperunt: deinde in territorium ſuæ iuriſdictionis ſeceſſerunt, quod paruo tantum flumine intermedio diuiſum erat à iuriſdictione teſtantis, & ibi teſtamento ſubſcripſerunt. Quis non videt teſtamentum illud nullum eſſe, repugnante Legis Municipalis authoritate? Qua Notarijs prohibetur, in alieno territorio iudicare, etiam ꝑ teſtamentis: licet ſit eorum facultas fauorabilis.[g] ſupremi enim Senatus Arreſto in quoddam teſtamentum ita iudicatum fuit. Quod Arreſtum ſequuti ſunt nuper huius Præſidalis Senatuli Iudices, in quadam lite, eleganter enarrata per Claudium Brochardum, Propræſidis noſtri primogenitum. Sed quæſitum fuit, cùm teſtatrix ſine alia teſtamenti factione obierit, nunquid donatarij, vel legatarij in huiuſmodi teſtamento ſcripti, ea quæ in teſtamento comprehenſa erant, teſtibus probare poſſent? Ego multùm dubitaui, exiſtimans his contrariam Molinçæ Legis rationem fore, ne ſcilicet perueniri poſſit ad teſtium ſubornationem, & factorum inuolutionem, pro quibus abrogata eſt hæc teſtium probatio. Nec videtur obſtare quod dicebant Legatarij, teſtamentum illud, ſi non tanquam ſcriptum, ſaltem

e L. Meminerunt. C. Vnde vi.

f L. Nam hoc natura ff de cōdict. ind l. vlt. C. de reb. cred.

g Auth. de nupt. §. Diſponat. coll. 4. & l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.

tãquam nuncupatiuum recipi debere. Nam huic argumento videtur reſpondi poſſe, ex communi iuris Ciuilis ratione: qua dicitur, cùm id, quod poſſumus, nolumus, vel quod volumus, non poſſumus efficere, neutrum cõſiſtere.[h] Volebat enim teſtatrix ſcriptis teſtari, ſed non potuit ea forma, quam elegit, ſcilicet per Notarios, iuriſdictionem non habentes: teſtari autem nuncupatiuè non voluit, quod forſitan poterat, ſecundùm tamen diſtinctionem quam infra dicemus in articulo vltimarum voluntatum. Ideoq; cùm voluerit quod non poterat, & potuerit quod non volebat, videbatur omnem illum actum tanquam nullum corruiſſe, prædicta iuris ratione. Verumtamen, cùm hæc Theorica magis contractus vtrinq; obligatorios reſpiciat, quàm moriẽtium diſpoſitiones, putarem illud relinquendum eſſe iudicantis arbitrio, cuius fuerit animaduertere vtrum hæc teſtium probatio recipi hoc in caſu debeat, idq; ſecundùm qualitatem perſonarum, atq; etiam ſecundùm temporis, vel loci neceſſitatem, aut diſpoſitionis conditionem: vt pote ſi ſint pia legata, vel nonnihil pietatis aut neceſſitudinis, vel coniunctionis habeant: nam in his, temperari ſolet ſolemnitatum exacta introductio, tam iure Ciuili,[i] quam Canonico,[k] & Municipali.[l]

h L. Multum intereſt. C. Si quis alt. vel ſib. L. Si genero. C. de iur. dot. l. ſiue emancipatis. C. de donat.

i L. Si Stichus. de Leg. 3. l. Quidam de leg. 2. L. Quoniam. L. Caſus. C. de Teſtament.

K Cap. Nos quidem. extr. de teſtam.

l Art Cõſ. 269. & 270.

Quid in pactis Nundinalibus?

CAPVT NONVM.

HIS expeditis, de pactis Nundinalib' eſt dicendum: quanta enim ſit Nundinarum ac cœtuum mercalium cõmunitas, & ciuitatibus vtilitas, nemo neſcit, teſte Calliſtrato:[a] quarum Nundinarum conceſſio inter Regalia computatur.[b] Item quàm magna ſit copia Nundinarum in hoc Regno, palam eſt: nam nulla eſt vrbicula, nulluſq; pagus, vel pagulus, in quibus non ſit vſus Nundinarum frequentiſſimus: at in his, fiunt quotidiè inter mercatores ac ruſticos, & alios, infinitæ venditiones, permutationes rerum, tam mobilium, quàm ſe mouentium, vt equorum, boüm, mularum: quarum æſtimatio & pretia in conuentionem deducta, libras centum excedunt ſæpiſſimè: nunquid hæc omnia Conſtitutioni huic ſubijci debeant? Et videretur quod non, cùm huiuſmodi pacta, magis à traditionibus incipiant & perficiantur, quàm à conuentionibus: nam manu ad manum, vt dicitur, in Nundinis venditum tradi ſolet, in his autem quæ à traditione magis incipiunt, & maximè in mobilibus, vel ſe mouentibus, non tanta ſolet exquiri Iuris ſolemnitas:[c] cuiuſmodi ferè ſunt eæ liberalitates, quæ inter Nobiles fieri conſueuerunt. Sæpe enim vidi nonnullos Nobiles, liberaliter donare & tradere alijs Nobilibus aut cognatis, aut amiciſſimis, aut cõmilitonibus, equos ducentis aureis æſtimatos, vel alia munera eiuſmodi, nullumq;

a In L.2 ff. de Nundin.

b cap. vnic. quæ ſint Reg. in vſib. feud.

c vt not. in L. Siue emancipatis. L. Si quis argentum l. penult. C. de donation.

nullumq́; ibi cõtractum fieri, ſed ſolam traditionem interuenire: vtrum, ſi de his oriatur contentio, (vt aliquando vidi de quodam equo, quem donatum ſibi poſſeſſor dicebat, hæredes autem donantis negabant) huiuſmodi donatio teſtibus probari poſſit? Quod videretur, cùm eo caſu magis de ſimplici traditione agatur, quàm de contractu aliquo. Præterea, ſi de his omnibus pactis Nundinalibus, alijſq́; ſimilibus conuentionibus, ſeu liberalitatibus, quæ momentanea traditione complentur, Notarij vbique requirantur, quantis incommodis Mercatores omnes & ad Nundinas coëuntes, alijq́; omnes de mobilibus contrahentes afficiantur, contra Nundinarum priuilegia,[d] nemo eſt qui non videt. Imò ferè ad impoſſibile reducentur omnes Nundinationes, in quibus, de momento ad momentum, Notarios ſemper præſto habere, erit impoſſibile. Ideoq; hoc reſpectu, hæc Conſtitutio ad impoſſibile reducta videbitur: contra Legis conditionem & naturam, quæ de poſſibili tantùm fieri debet.[e] His tamen nonobſtantibus, puto hanc Conſtitutionem, in his omnibus pactis, quæ de mobilibus, in Nundinis vel extra, conficiuntur, locum habere, ſi libras centum excedant, ex his verbis generalibus Legis, *De omnibus rebus centum Libras excedentibus*. Nam rerum appellatio latiſſimè patet, ideoq; non tãtùm ad res immobiles, ſed etiam mobiles, & ſe mouentes, & ad omnia iura corporalia, incorporalia, & mixta extenditur:[f] quocirca ex identitate rationis, ne fiant ſubornationes teſtium, idem ius in his etiam obſeruari debere

d In L. vnica. C. de Nũd. & mer.

e L. Leges. C. de Leg. l. impoßibilium de Reg. Iur.

f L. Rei appellatio. L. Rei appellatione. ff. de verb. ſig. & ibi Accurſ.

g L. Illud. ff. Ad L. Aq. arbitror.[g] Et reuera de iſtis pactis Nundinalib⁹ infinita vidi iurgia & lites oriri. Ruſticus enim, qui duo boüm iuga vendit, ꝓ aureis quadraginta, infra menſem perſoluendis, ſi nihil de venditione ſcribat, quomodo ex vendito agere poterit, cùm denegetur ei teſtibus ꝓbatio? Nec diu eſt me vidiſſe litem inter quendam, duas mulas vindicantem, contra poſſeſſorem, qui ſe mulas decem & centum libris emiſſe contendebat à quodam tertio venditore, qui vocatus ad euictionis præſtationem, mularum venditionem denegabat: item, de equo centum aureis vendito, litem audiui, in qua illius equi venditio negabatur, & alium equum venditum fuiſſe contendebatur: nunquid in his omnibus teſtium probatio admitti poterit? Puto quòd non, impediente hac generali Conſtitutione. Nec obſtat difficultas recuperandorum Tabellionum, quæ in his venditionibus iuſta ex cauſa allegari non poteſt: quia quemadmodum Nundinarum magna eſt copia, tam in vrbibus quàm in pagis, ita etiam hodie plurimi ſunt vbiq; locorum Notarij: idcirco conſultiùs facient Nundinantes, ſi his pactionibus, centum libras excedentibus, Notarios adhibeant, maximè ſi in ijs, fidem alienam ſequuti, in creditum iri velint: nam ſecùs, in rationem Legis iſtius incident neceſſariò, vt pluribus iam expertus ſum exemplis. Verumtamen in his negotijs Nundinalibus, alijſq; mobilium vel ſe mouentium rerum pactis, hanc bonam & ſecuram vidi expediri cautelam: Titius videlicet, qui boues ſuos creditò & ſine ſcriptis vendiderat, ſi animad-

Remediũ contra eos qui venditionem in nundinis factam denegant.

uertatCaium emptorem,venditionem negare velle, & tamen boues ſemper detinere, aut tertio nuper poſſidendos tradidiſſe,cautio eſt: vt ipſe Titius boues ſuos vindicet, & ſine cauſa poſſeſſos & occupatos per Caium, aut tertium detentorem contendat, ideoq; ad reſtitutionem boüm concludat,ſi non malit poſſeſſor iſte, quadraginta aureos, veram boüm æſtimationem, præſtare: de venditione autem nullam faciet mentionem, ne incidat in probationis ſcriptæ inopiam: atque ita cogetur doloſus ille detentor, aut venditionem ipſemet allegare & fateri, aut boues reſtituere: cæterùm Titio permiſſum erit teſtibus probare,boues illos in dominio ipſius fuiſſe, (hoc enim contra vſurpantem & occupantem licitum ſemper fuit) [h] ſeq; eos tanquam dominum nuper poſſediſſe, & iam ab illo Caio ſine cauſa detineri: ſic enim ſemper vindicari poterunt.[i] Ideoque ſi iuſtam occupationis cauſam non probet Caius, ad reſtitutionem cogetur: ſicq; dolus & mala fides illius manifeſtabitur. Et ita practicari poteſt cõtra omnes doloſos mobilium detentores, pretium venditionis denegantes, & rigori huius Conſtitutionis forſitan ex induſtria cõfidentes: qui vindicationem rei, eorum reſpectu alienæ ſi venditionem denegẽt, fugere non poterunt, cùm alienum ſcire debeant, quod ſuum eſſe ex vendito fateri nolunt.[k] Sed quid, ſi, vice verſa, Titius qui boues vendidit præſente pecunia, doloſè ſuos boues vindicet, tãquam ſine cauſa perCaium poſſeſſos,& deneget Caio venditionem, ac pretij numerationem? Quid, inquam,

h L. Proprietatis. C. de probat.

i L.1. & 3. C.de rei ven. l. Si fundum. C. de reb. alie non alienãd.

k L. vlt. C. vnde vi. & l. Si finita.§. Cum vero ff. de dam. infec.

iſte, modò probus, emptor faciet? cùm teſtibus venditionem probare ei non liceat, hac Lege obſtante: poſſit autem doloſus iſte vindicans dominium, quolibet probationis genere probare, vt ſupra dictum eſt. Puto in iſto caſu, admittendam eſſe teſtium probationem: non quidem de ipſiſſima venditione, ſed de circumſtãtijs & indicijs, quæ facient præſumi venditionem factam fuiſſe: vt potè, quòd Titius venales habuit [l] boues in foro, quòd multis vendendos expoſuit, quòd viſi ſunt Titius & Caius colloquentes de boüm venditione, quòd viſus eſt Caius pecunias Titio numerare, & deinde viſus eſt idem Caius, boues à Nundinis in domum deduxiſſe: his enim probatis, iuncta poſſeſſione Caij, inducetur venditionis vehementiſſima præſumptio, cùm iam ex poſſeſſione Caij, nõnihil bonæ fidei præſumatur: [m] &, ſi teſtes de his indicijs teſtificãtes, de ipſamet venditione deponant, non ea ex cauſa reijci debebunt, quòd teſtibus venditionem probare non liceat, ſed ob hoc admittentur teſtes, quòd ſuper indicijs & circumſtantijs ſupra deductis duntaxat, ꝑducti fuerint. Et in his omnibus temperanda erit iudicantis religio, vt inter Legis iſtius rigorem, & iuris æquitatem, officium ſuum interponat, [n] ſecundum ea quæ magis ipſe ſcire poterit: veluti ex partium qualitate vel calliditate, quæ ſæpenumero in his ruſticis ocularis eſt, & denique ſecundùm teſtium & teſtimoniorum dignitatem, & veriſimilitudinem, vt inquit Vlpianus. [o] Et hæc ſufficiant pro contractibus & conuentionibus expreſſis.

l Argum. l. 1. C. de rer. permutat. vbi Doctores.

m L. Poſſeſſiones. C. de probation.

n L. Nulla iuris. ff. de Legib. l. 1. C. eodem.

o L. Teſtium. §. 1. & §. Idem diuus Hadrianus. ff. de teſtib.

Quid de

Quid de quaſi contractibus, & obligationibus ex delicto vel quaſi naſcentibus, & iudiciarijs actibus, & extraiudiciarijs?

CAPVT DECIMVM.

LOQVENDVM nunc eſt de quaſi cõtractib⁹, qui ſcilicet ex quaſi cõtractu, item ex maleficio vel quaſi naſcuntur: nam in his, hanc Cõſtitutionem locum habere non poſſe perſpicuum eſt, his rationib⁹: nempe, quaſi contractus ſcriptis concipi non ſolet, quia ſi ſcriberetur, cõtractus eſſet, & non quaſi cõtractus, cùm gignatur eiuſmodi obligatio contra abſentes & ignorantes:[a] Exempli gratia, in negotio abſentis geſto abſq; mandato, nulla eſt expreſſa conuentio, nulla ſcripturæ interuentio, ſed ſola amicitiæ & vtilitatis contemplatio:[b] itaq; hac ſola ratione, actio, ob negotium vtiliter geſtum, contra abſentem, etiam non conſentientem, à Lege, non ab homine, conceditur, vt vulgatum eſt:[c] Si ergo tantùm ſcriptis ille quaſi contractus negotiorum geſtorum probari poſſet, non autem teſtibus: bonæ fidei geſtor perpetuo afficeretur damno, atq; ob id, abſentis negotia manerent ſemper neglecta, contra omnem Iuris æquitatem, & hominum ſocietatem, Legibus noſtris introductam:[d] cùm ſi mandatum expreſſum ſit (quod inter contractus ſcriptos ſupra retulimus) & de mandato non conſtet, cautela ſit, vt mandatarius negotiorum vtiliter geſtorum agat, quia vtraq; actione experiri poteſt:[e] nam ſi mandati ageret,

a §. 1. Inſt. de oblig. quæ ex quaſ. cont.

b L. 1. ff. de negot. geſt.

c In dict. l. 1. & l. 2. & 3. §. interdum. eod. l. Tutori & l. vlt. C. eodem.

d dict. §. 1. Inſt. & dict. L. prima.

e L. Si mãdatum. C. de neg. geſt & l. 3. §. Apud Marcellum. ff eodem.

D

nonniſi ſcriptis agere poſſet, ſed negotiorum geſtorum agendo, teſtibus tunc vti poterit. Idemq; in tutore, vel protutore, cæteriſq; quaſi contractibus ſola Iuris æquitate naſcentibus.[f] Quod autem ad obligationes ex maleficio naſcentes, ſatis vulgatum eſt eas hac Lége non cõprehendi, quia ſcriptis delinqui non ſoleat, imò clam, vel noctu, vel in latebris, vt plurimùm, graſſentur flagitioſi: quæ ratio eſt, cur teſtibus, omniq; alio probationum & præſumptionum genere conuinci poſſint, in quacumq; criminum & ſcelerum ſpecie. Et idem dicendum in omnibus obligationibus ex quaſi delicto naſcentibus, cùm eadem ſit ratio, quæ in delictis.[g] Imò & idem in omnibus doloſis, vel doloſè, in re etiam ciuili ſcienter commiſſis, Legis coërcitionem merentibus: nam hæc omnia quoquo genere probationum deprehendere licet, vt ex tractatu quaſi maleficiorum ſatis vulgatum eſt. Firma ergo manebit hæc concluſio: Conſtitutionem hanc nonniſi in obligationibus ex contractu expreſſo naſcentibus, atq; in pactis expreſſis, locum ſibi vindicare poſſe: non autem in quaſi contractibus, aut ex delicto, ſeu quaſi, naſcentibus. Sed quid in actibus qui in iudicio, & in ordine iudiciorum quotidie fiunt inter litigantes, nunquid teſtibus probari poterunt, adeo vt ex neceſſitate ſcribi non debeant? Quod videretur dicendum, eo quod in iudicio, quamuis in inuitum reddatur,[h] tamen quaſi cõtrahere dicamur:[i] atqui ia'm probatum eſt hanc noſtram Conſtitutionem, in quaſi contractibus locum non habere, ergo teſtibus proceſ-

f §. 2. Inſt. de oblig. quæ ex quaſ cont. L. 1. §. Pro tutore. ff. de eo qui pro tu.

g Toto tit. Inſt. de oblig. quæ ex delic. vel quaſ.

h L. Inter ſtipulãtem. §. 1. ff. de verb. obligat.

i L. Licet. §. Idem ſcribit. ff. de pec.

ſus & iudicia probari poterunt. Contrarium tamen veriùs eſſe puto: nam iudicia non niſi ſcriptis authoritatem habere, ſatis in Iure vulgatum eſt:[k] ideoque qui litem cõteſtatam aſſerit, item qui ſententiam, ſeu interloquutoriam, ſeu definitiuam, latam fuiſſe contendit, hæc nonniſi ſcriptis probare poteſt. Iudices enim (inquit Imperator)[l] ſententias ſcriptas ex libello partibus legant. Hinc fit, vt apud omnes huius Regni Iudices ſumma ſententiæ, quadam breui charta primò ſcribatur, vt partibus recitetur, quæ verbo Gallico, *Dicton*, nuncupatur, & Iure noſtro Breuiculum, ſecundùm Alciatum,[m] & alios modernos Latinitatis ſtudioſiores.[n] Idemq; in omnibus alijs actibus, qui vel in primo, vel in ſecundo iudicio per viam appellationis excerceri ſolent: nihil enim ſine ſcriptis probari poſſe certum eſt, ne in iudicijs illuſio inducatur, ſi, de rebus pro tribunali geſtis, teſtibus contendere liceat, quantumcunq; breues ſint lites. Ideoq; puto Nouellam Iuſtiniani,[o] quæ vult liticulas ſine ſcriptis expediri poſſe, & Imperatoris Arcadij Legem,[p] quæ idem ſentiebat, locum inter nos non habere. Excipio tamen vnum caſum, ſcilicet ſi incẽdio, ruina, naufragio, aut alio caſu fortuito, iudiciales actus perierint: hãc enim amiſſionem, teſtibus probari poſſe puto, & conſequenter, rerum iudicatarum tenorem, quia vno permiſſo, aliud ex eo neceſſario cõſequens ſequitur, iiſdem rationib[us] quibus, infra inſtrumentorum amiſſionem teſtibus probari poſſe docebimus: cùm fortuitorum caſuum ratio, in hominum poteſtate conſtituta non ſit, &

k L. Ne in arbitris. ff. de recept. arbit.

l L. 2. C. de ſent. ex Breuic. recit.

m Lib. primo diſp. cap. xvi.

n Ad dict. Tit. de ſent. ex breui. rec.

o auth. Niſi breues. C. eod.

p L. Quoties. §. Sed ſi talis. de priuil. ſchol. lib. xij. Cod.

præuideri non poſſit,[q] ideoq; à contractuum ratione ipſo Iure diſtingui ſoleant,[r] vt infra latiùs diſputabitur. Sed quid in actibus qui extra iudicium, & non pro tribunali fieri ſolent? vt ſunt inſinuationes, oblationes, teſtationes, certificationes, & alij ſimiles actus, qui ad teſtandam diligentiam fieri ſolent Lege præcipiente, de quibus varijs Legibus, cùm Municipalibus, tùm Ciuilibus fit mentio:[s] Nunquid, ſi plus quàm de centum libris agatur, ſolis teſtibus probari poterunt? Quod videretur, cùm inter contractus non dinumerentur, & mutuo conſenſu contrahentium fieri non ſoleant: atqui hæc Regia ſanctio nonniſi de contractibus & pactionibus fieri ſolitis loquitur, & ex quibus obligatio & actio à Legibus[t] conceditur. Super hac tamen quæſtione, puto ita diſtinguendum. Aut loquimur de actibus, qui à Lege præcipiuntur ſcribi ex præſcripta ſolemnitate, vt ſunt omnes inſinuationes beneficiariæ, quæ Conſtitutione Regia,[v] apud Actuarios Eccleſiaſticos inſinuari iubentur: item inſinuationes emptionum & venditionum, quæ iure Municipali regeſtum graphicum deſiderant, certa forma à Lege præſcripta, vt habet noſtra Pictonum Conſuetudo:[x] item in poſſeſſionibus, quas quæſitores per Notarium & vicinos teſtes capeſçere tenentur, vt apud Turones,[y] & Andios:[z] item in omnibus donationum inſinuationibus,[a] & in alijs ſimilibus rebus, quæ pro expreſſa forma ſcripturam deſiderant: tunc puto probationem fieri debere in forma ſpecifica, ſcilicet per ſcripturam, & non per æquipollens: Nam tametſi

q L. Quæ fortuitis C. de pign. actione

r L. Contractus. de Reg. Iur.

s L. Acceptam. C. de vſur. l. Neſennius. ff. de Negot. geſt.

t L. Arrianus. ff. de act. & oblig. L. Iuriſgentium ff. de pact.

v Henric. 2. ann. 1550. menſ. Iunij.

x Art. 320. tit. des retr. lignag.

y tit. de retract. art. 160

z Tit. des retr. lignag. artic. 347.

a L. Data iampridem. C de donation.

tametſi non refert quid ex æquipollentibus fiat:[b] Hoc de leuibus tantùm, & non de ſubſtantialibus ſolemnitatibus intelligi debere ſemper concluſum fuit:[c] quod maximè de his ſolemnitatibus à Lege Municipali præſcriptis intelligi debet, quæ ſtricto iure tractari ſolent, vt ſatis abundè diſtinguit Bartolus,[d] cùm de ſtatuto loquitur, & poſt cum doctus noſter Petrus Rat diſcuſſit eleganter in Pictonum conſuetudine:[e] & maximè in his inſinuationibus & denunciationibus, quæ non ad ſimplicem ſcientiam fiunt, ſed vt ex eis aliquid fieri debeat, vt ſunt inſinuationes, quæ fiunt ad monendum conſanguineum, vt iure Gentilitio vtatur, vel excludatur: In his enim, ſolemnis & ſcripta teſtificatio requiritur, tametſi conſanguineus certus eſſe poſſit, vt ſæpe ſæpius iudicatum fuit. Ad hæc facit ſingularis Bartoli diſtinctio circa vulgarem Iuris Theoricam, Certus certificari non debet:[f] Ait enim Bartolus,[g] illud verum eſſe, ſi ad ſimplicem tantùm ſcientiam fieri debeat denunciatio: at ſi non tantùm ad ſimplicem ſciētiam, ſed vt aliquid ex ea certificatione fieri intra certum tempus debeat, tunc expreſſa & ſolemnis certificatio, ſolemnitate à Lege præſcripta, fieri debet. Quæ diſtinctio ab Vlpiano,[h] deſumpta videtur, & inter noſtros Forenſes ſemper obſeruata.

Aut verò de actib⁹ qui à Lege ſcribi non præcipiuntur, ſed ad exhibendam qualemqualem diligētiam, vel purgandam moram, fieri ſolent à partib⁹, vt de oblationib⁹ realib⁹, vel verbalib⁹, quæ fiunt ne currāt vſuræ, de quib⁹ in Iure ſæpe agitur:[i] Et puto has

[b] L. Si mater. C. de inſtit. [illegible] L. 4. ff. qui potior.

[c] L. fin. C. de his qui ve. atat. impetr. L. Sancimus. C. de nupt.

[d] In L. 1. §. S. d[illegible] plures. ff. de exercit. & in l. Cum hi. § Si prætor. ff. de tranſ. & in l. Gallus. de liber. & poſth.

[e] Art. 233. in rubric. de retr. lignag.

[f] l. Nemo videtur fraudare. de Reg. Iur. l. 1. §. Si intelligatur. ff. de ædil. edict. L. Et ſi legibus. C. de Epiſc. audiēt.

[g] In L. 1. §. fin. ff. de act. empt.

[h] In L. denunciaſſe. ff. ad Leg. Iul. de adulter.

[i] L. Acceptam. & ibi not. C. de vſ.

ſimplices oblationes, declarationes, ſeu proteſtationes teſtibus probari poſſe, Legiq; huic non ſubiacere, quòd contractus ſpeciem non referant, vt iam dictum eſt: niſi forſan oblatio conſignationem aut depoſitum deſideret in iudicio, aut in æde ſacra, aut alio loco à Lege præſcripto: nam hoc caſu cùm conſignatio & depoſitum inter deponentem & recipientem contractum faciant, non dubium eſt, huic Legi talis oblationis actum ſubiacere debere, eò quòd ſequeſtratio & conſignatio mutuam obligationem habere videantur.[k] Et cum his, ſit expedita quæſtio de actibus extra iudicium faciendis.

[k] L. Ei apud quem. §. 1. ff. d. p. not. in l. Sequeſter ff. de v. b. ſignif. & in cap. 2 ext. de ſequeſt. poſſ. & fruct. l. Si rem. §. vlt ff. de præſ. verb.

Quid de Inſinuationibus Protocollo carentibus, & actis ſimilibus, vel è contra?

CAPVT VNDECIMVM.

QVÆSTIONES duæ circa hunc Articulum ſubortæ ſunt: vna, in iudicio nuper diſputata eſt, de actu inſinuationis, qui dorſo inſtrumenti venditionis adſcriptus oſtendebatur, in regeſto autem graphico nihil prorſus de protocollo ſeu originali dictæ inſinuationis reperiebatur: & hac ratione motus fuit conſanguineus ad offerendum emptori, iure ſanguinis, quamuis anni pluſquàm viginti quinque elapſi eſſent à tempore venditionis: dictante Cõſuetudine,[a] annum cõſanguineorum nonniſi à die inſinuationis factæ apud acta, excurrere. Emptor verò excipiebat de ſuo actu inſinuationis à publico Actuario ſibi dato, & ſuæ venditioni adſcripto, ideoq;

[a] art. Conſuet. 320. des retr. lignag.

aiebat nihil ſibi culpæ vel negligentiæ attribui poſſe. Nec obſtabat Protocolli defectio, quæ negligentia, aut forſan malitia Officialis, ſeu Grapharij regeſtum habentis, euenerat, vel etiam tempore belli, aut alia inopinata occaſione accidere potuerat: atque ita hæc omnia & ſimilia emptori diligenti, & non moroſo, imputari non poſſe defendebat: cùm incuria & negligentia Officialis non parti, ſed ipſi Officiali imputari debeat, vt in eum agatur, quemadmodum in Iure noſtro ſatis vulgatum eſt:[b] imò nec imprudentia Iudicis, parti, ſed ipſi Iudici, vt litem ſuam faciat, adſcribi ſoleat,[c] & abſentia vel defect⁹ Iudicis, ei qui iudicio ſe ſiſtere curauit, obeſſe non poſſit.[d] Præterea, vbi nulla negligentia, in faciendis eis quæ facere debemus, imputari poteſt, ibi nulla mora exiſtimatur, vt eleganter docet Paulus.[e] Atqui in ſpecie propoſita, emptor fecerat quod debuerat: nempe, ex Legis Municipalis præſcripto, contractum emptionis Actuario exhibuerat, vt in regeſtum redigeretur, quod Actuarius ſe feciſſe teſtabatur, ſcribens inſtrumento verſo, actum inſinuationis: quid ergo diligentiùs facere poterat emptor, nunquid, ſi negligens, vel doloſus, vel immemor fuerit Grapharius, in non ſcribendo Protocollo in regeſtis iuridicis, ab omni culpa liberari debebit emptor, qui fecit quod debuit? Item, dicebat emptor, Protocollum factum fuiſſe ab Actuario in quodam chartæ breuiculo, vt ſolitus erat facere, donec in librum graphicum actum huiuſmodi in ſuo ordine trāſcriberet, vt ſæpè fieri ſolet per Actuarios, quod

b L. Argentarius. §. cum autem. ff. de edendo.

c L. Si per imprudētiam ff. de euict. l. Si iudex. ff. de var. & extraord. cog.

d L. 2. §. Si quis iudicio. ff Si quis caut.

e In L. Si ſeruum. ff. de verb. oblig.

tamen Breuiculum inſerere Actuarius omiſerat, interimq; Breuiculum illud, tumultu forſan bellorum aut incuria amiſſum fuit. Idcircoq; emptor admiſſus fuit ad probandum teſtibus, prædictum inſinuationis Breuiculum, inter Acta graphica ſæpè viſum fuiſſe, & ita probauit. Ex aduerſo autem, actor conſanguineus dicebat actum inſinuationis nullatenus factum fuiſſe, cùm de eo nullatenus appareret, ideoque de his quæ non apparent, & quæ non ſunt idem eſſe iudicium.[f] Nec obſtabat, actum inſinuationis retrò ſcriptum fuiſſe, cùm ex eo, nihil penitùs innocuerit conſanguineis, qui propterea nulla in mora cōſtituti fuerunt ſecundùm formam à Lege Municipali præfixam, quæ vult inſinuationem non tantùm dorſo inſtrumenti cōſcribi, ſed etiam in locum Regeſtorum ſuo ordine redigi, vt nota ſit conſanguineis alienatio: quod in forma illa ſpecifica fieri, curare debuerat emptor, vt omnimodam moræ excuſationem haberet, quæ etiam negligenti aut perfunctoriè agenti adſcribi ſolet.[g] Addebat quoque, actum illum inſinuationis, à Lege indiuiduum præſcribi: atqui nihil feciſſe videtur, qui indiuidui partem tantùm fecit:[h] & vt oſtenderet actor emptorem non ſatis diligenter inſinuationem curaſſe, proferri fecit librum graphicum illius anni, quo emptio facta fuerat, in quo quidem libro nihil penitùs de inſinuatione reperiebatur: ideoq; contendebat nihil obeſſe teſtimonium eorum qui dicebāt ſe Breuiculum inſinuationis inter acta aliquando vidiſſe: quia, quod ſuo loco ſcriptum non fuerat, ſed minùs

f L. In lege ff. de cōtrah. empt. L. Duo ſunt Titij. ff. de teſt. tutel.

g L. 2. §. Si quis tamen cum poſſet. ff. Si quis caut.

h L. Dicere. §. Sed ſi de pluribus. ff. de recep. arb. L. Furioſum. C. qui teſtamēt. fac. poſſ.

ſolemniter ſecundùm Legem impletum, emptorem releuare non poterat.[i] His tamen nonobſtantibus, poſt longas hinc inde diſputationes, conſanguineus actor à ſua oblatione & actione repulſus fuit, & emptor abſolutus, ſententia in Præſidali noſtro Senatulo lata,[k] pro domino Renato Arnolio, Pictauenſi Decurione: quæ ſententia ſupremi Senatus Pariſienſis Arreſto confirmata fuit.[l] Hinc elicio teſtium probationem admitti debere, pro actu inſinuationis, graphico Protocollo deficiente, ſi iam conſtet Actuarium inſtrumento emptionis retrò ſcripſiſſe, inſinuationem per emptorem fuiſſe factam. Nam quanuis præfata lis ante hanc Legem Regiam cauſam habuerit: eueniente tamen ſimili caſu, teſtium probationem admitti debere putarem, ad probandum inſinuationem apud Acta aliquando viſam fuiſſe, ſi iam conſtet de actu authentico, inſtrumento venditionis adſcripto, quia iam conſtat de ſcriptura fidem publicam præ ſe ferente, pro qua, ſicut & pro ipſo Notario, ſemper præſumi debet: quemadmodum de Notarijs, alijſq; perſonis fidem publicam habentibus, concludunt Bartolus,[m] Baldus,[n] Decius,[o] & alij.[p]

Altera quæſtio fuit mihi propoſita, de quadam donatione inter viuos, cuius inſinuatio in regeſto Curiæ reperiebatur, ipſa verò donatio, nec in Protocollo, nec in forma authentica oſtendebatur: dicebat autem donatarius, donationem deperditam fuiſſe, nec ſciebat quo caſu: incendium enim, naufragium, vel bellum, vel inſtrumenta ſurrepta alle-

i dict. L. Dicere. ff. de recept. arb.

k die vlt. Iul. an. 1571.

l die xxix. Auguſt. 1573.

m Ad L. Quoties. §. 1. ff. de hared. inſt.

n ad L. Errore. C. de teſtament.

o Ad L. Si Librarius. ff. de Reg. Iur.

p Decius Conſ. 15. Alciat. in tract. præſumpt. 23. præſumpt.

gare, & probare nolebat, ſed donationis fidem, ex ſolo inſinuationis regeſto elici debere cõtendebat. Hinc duo oriebantur dubia. Primum, an ex prædicto ſolo actu inſinuationis, ipſa donatio ſatis comprobaretur. Secundum, an, ſi non ſufficeret inſinuationis fides, teſtibus ſuppleri poſſet: qui teſtes teſtificarentur, ſe ei donationi cùm fieret adfuiſſe, nonobſtante hac Lege Regia.

Ad primum dubium, ita diſtinguendum putarem. Aut enim inſinuatio, ab ipſo donante, & donatario ſimul, facta fuit: & tunc, res clara eſt, quia hæc eſt iudiciaria enunciatio, quæ pro & contra enunciantes perpetuam ſemper habebit fidem, ex vulgata Iuris diſpoſitione, quæ de verbis enũciatiuis nobis tradita eſt.[q] Aut verò, ab ipſo donatore tantùm facta eſt inſinuatio, & tunc, ſi præſens ipſemet in iudicio fuerit, putarem, (ſaluo meliori iudicio) ſolum inſinuationis regeſtum donationem ſatis probare, tametſi donationis inſtrumentum non appareat, præterquàm ex ipſa tranſcriptione in regeſto per donatorem facta, his rationibus: quia, vbi publicum eſt teſtimonium, priuato opus non eſſe dixerit Imperator:[r] imò talis profeſſio à donatore in iudicio facta, pro donatione in iudicio confecta accipi poſſet, vt & videre eſt, olim donationes, vt plurimùm, in iudicio fieri conſueuiſſe, ad maiorem fidem & cautionem, ex verbis Imperatoris, cum ait,[s] *Data iampridem Lege, ſtatuimus, vt donationes interueniente actorum teſtificatioue conficiantur*, &c. Et quemadmodum donationes à voluntate eius pendebant, ita

[q] *In L. Optimam. C. de contrah. & commut. ſtip.*

[r] *In l. in donationibus. C de donation.*

[s] *In L. Data. C. eodem.*

etiam & inſinuationes,[t] vel ſaltem ab ipſiſmet donatoribus publicabantur, vt ad hæc faciunt expreſſa Iuſtiniani verba, cùm de inſinuandis ob nuptias donationibus, ait,[v] ab ipſis maritis inſinuandas eſſe, *Vt ſi principalia inſtrumẽta pereãt, quod facilè eſt*, (inquit) *per monumenta matrimonij, earum probatio maneat*. Monumenta autem vocat acta iudicialia, vt in ſimili cenſet Honori⁹ Imperator,[x] his verbis, *Geſta quæ ſunt tranſlata in publica monumenta, habere volumus perpetuam firmitatem*, &c. Facit etiam, quòd teſtator recitans vel enuncians ſe per Epiſtolam donaſſe Titio, donationem probat, etiam ſi nuſquam appareat Epiſtola enunciata,[y] cui adſtipulatur Vlpianus,[z] cùm ait, *Ex hac ſcriptura ſciant hæredes mei, me veſtem meam donaſſe*, &c. Adde quod profeſſio, ſeu confeſſio, in iudicio ſemel emiſſa, à confitente infirmari non poteſt, vt loquitur Papinianus.[a] Ex his ſatis firmum videtur, donationem à donante inſinuatam, & in actis tranſcriptam, ſeu, vt vulgò dicitur, incorporatam, donationis probationem habere, etiam ſi aliter de inſtrumento authentico non conſtet. Si verò ab ipſo ſolo donatario facta eſt inſinuatio, tunc puto hanc ſolam inſinuationem, donationis fidem non habere, in præiudicium donantis, aut eius hæredum, his rationibus: quòd talis inſinuatio, donationis tantùm exemplum ſeu copia videatur, cuius mentio ſeu tranſlatio, in præiudicium tertij fidem habere non poteſt, ex Nouella Iuſtiniani.[b] Item exemplum, tametſi à Iudice factum ſit, nullius tamen eſſe momenti certum eſt, niſi parte, cuius intereſt,

t L. In hac C. de donat.

v §. Illud autem. in auth. vt fratr. fil. coll. 9.

x L. fin. C. de re iud. notat. in l. Chirographis. ff. de adm. tut.

y L. Si donatio. C. de donation.

z l. Ex hac ſcriptura. ff. eodem.

a In l. Quidam in iure interrogatus. ff. eodem.

b Auth. Si quis in aliquo C. de edend. §. Et hoc. in auth. vt ſpõſ. larg. coll. 9.

vocata, ex doctrina Bartoli,[c] Panormitani,[d] & Hoſtienſis.[e] Præterea, inſinuatio ad effectum donandi inſtituta non fuit, ſed tantùm, vt clandeſtinis & domeſticis fraudibus obuiam iretur.[f] Nam quæſo, quæ fraus peior inueniri poſſet, quàm ſi quilibet pro arbitrio, donationem ſibi factam, falſò ſupponens, & ab Actuario, ex ea falſa donatione, inſinuationem exigens, ex his donationem probare poſſet? Nempe in re ſua propria teſtis videretur, quod abſit:[g] ideoque putantes fraudem domeſticam vitare, in fraudem publicam quotidie incideremus, ſi tali inſinuationi, per ſolum donatarium factæ crederetur: & quod ad vnum effectum ſtricto Iure inductum eſt, ad alium effectum traheremus, contra communem Iuris regulam.[h] Et hac ratione ſępè viſum fuit in beneficiarijs litibus, inſinuationes titulorum, factas apud Actuarios Eccleſiaſticos, ad finem publicandi, & falſitates vitandi, vim & formam titulorum habere non potuiſſe, cùm ad hunc effectum inductæ non fuerint: & ita à doctioribus ſæpè conſultum audiui.

Supereſt ſecundum dubium, ad noſtram Regiam Conſtitutionem magis pertinens, quàm ſuperius diſcuſſum: Nam quæſitum fuit, ſi actus inſinuationis tantùm, apud acta reperiatur ita imperfectus, vt donationis probationem non habeat, quia forſan à ſolo donatario facta fuerit inſinuatio, vt iam diſcuſſum eſt, nec aliud authenticum donationis inſtrumentum oſtendatur, an teſtibus iuuari poſſet eiuſmodi inſinuatio, teſtibus, inquam, ijs qui ſe donationi interfuiſſe aſſeuerent, & de eius tenore teſtificentur.

c In Auth. Si quis in aliquo. C. de edendo.

d In capit. Cum P. Tabelio. ext. de fid. inſtrum.

e In cap. ſignificaſti. ext de teſtib. cog.

f L. Data. C. de donat.

g L. Omnibus. C. de teſtib.

h L. Legata. & ibi notat. de adim. legat. l. Si is qui. ff. de vſucap. & ibi etiam not. l. Si vero non remunerãdi. §. 1. ff. mand.

centur. Et, videretur ſanè teſtes recipi non debere, cùm donatio, maximè ea quæ inter viuos fit, contractus ſit obligatorius,& inter veros contractus annumeretur:[i] Atqui hæc Regia ſanctio contractus teſtibus probari vetat, ſi libras centum excedant, ideo nulla eſſet eo caſu teſtium probatio, aut ſaltem imperfecta, cùm à noſtra Conſtitutione non recipiatur: ſicut & inſinuatio à ſolo donatario facta, imperfecta videtur: atq; ita ex duobus imperfectis perfectum fieri non poſſe certi iuris ſit, ſaltem in ijs, quæ à Iuris ſolemnitate pendent.[k] His tamen nonobſtantibus putarem, æquius fore teſtibus hanc inſinuationem iuuari, ſi Actuarius teſtificetur ſe donationem in forma authentica vidiſſe, & tranſcripſiſſe, & ſi nihil aliud ſuſpectum videat Iudicantis æquitas & authoritas. Moueor, quòd hæc Lex Regia, in ſecunda ſui parte, excipit probationes, quæ ex ſcripturis priuatis fieri poterunt: atqui ſcriptura priuata, ſi denegetur, teſtibus probari poteſt,[l] & comparationibus adiuuari,[m] alijſq; ſimilibus coniecturis, de quibus infra in tractatu chirographorum: Sed actus iſte inſinuationis in regeſto publico ſcriptus, eſt quidpiam maius, quàm ſcriptura priuata, nempe à publico Actuario, fidem publicam habente, pro tribunali conſcriptus refertur: idemq; Actuarius, donationem ſe vidiſſe teſtatur, forma authentica conceptam, cuius tenorem tranſcribens profitetur actum in forma recta factum fuiſſe: ex quibus præſumitur nihil falſi enunciatum eſſe, ideoque pro eius fide publica præſumptio Iuris eſt, vt iam de tabula-

i L. Contractus. C. de fid. inſtrum.

k L. Hac conſultiſſima §. Si quis autem teſtamẽto C. de teſtam. iunct. l. 2. ff. de iniuſt. rupt. & irr. fact.

l L. Contra qui propriam C. de non numerat. pecun.

m L. Comparationes. C de fid. inſtr.

rijs alijſq; perſonis publicis dictum fuit, pro quorum contractibus & regeſtis publicis, ſemper iudicari debet, donec falſa detegantur.[n] Ex his ergo rationib9, & alijs infrà in diſcuſſione priuatarum ſcripturarum dicendis, exſtimarem concludendum teſtes hoc caſu recipi debere.

[n] L. Cum precibus. C. de probat.

Quid de Procuratore mandatum ſcriptum non habente, & à clientibus reprobato?

CAPVT DVODECIMVM.

QVIA iam dictum eſt, Procuratorem mandatum ſcriptum non habentem, negotiorum geſtorum agere poſſe: hoc demùm, ſi vtiliter geſſerit, locum habere certum eſt. Sed quid de ꝓcuratore ad lites, qui ſine mandato ſcripto litem exercuit, & cùm cliens præſentiat litem non fore ſibi vtilem, Procuratorem abnuere conatur, ideoq; pars aduerſa ad damna & intereſſe in Procuratorem illaudatum agit, vt Iuris eſt.[a] Procurator autem in clientem ſuum, litem ei mandaſſe, mandatumq; teſtibus probare contendit: quæritur, nunquid obſtet hæc Conſtitutio? Et certè videretur, cùm iam dictum ſit mandatum eſſe de numero expreſſorum contractuum, mutuo & expreſſo conſenſu conuentum, & inter bonæ fidei contractus enumeratum, vt in Iure pluſquàm vulgatum eſt:[b] quòd ſi teſtibus mandatum probare liceat, in hanc Regiam Conſtitutionem palàm committetur: nempe teſtium ſubornationes, & factorum inuolutiones, non minùs ex eo con-

[a] L. Falſus procurator. iunct. gloſ. & doct. C. de furt. & ſeru.

[b] §. Actionum. Inſt. de Action. l. 1. ff. mandat.

tractu orientur, quàm ex contractu venditionis, locationis, permutationis, alijſq; ſimilibus, quorum ordini mandatum adſcribitur. Hæc quæſtio quotidiana eſt, cuius deciſio, inter noſtræ Legis rigorem, & Iuris æquitatem, media conſiſtere mihi videtur: ideoq; non omnino ex verbis iſtius Cõſtitutionis, de ea iudicãdum eſſe putarem, ſed cum quadam diſtinctione, bonum & æquum Iudicem, teſtium probationem recipere, aut reijcere poſſe, his potiſſimùm diuerſis conſiderationibus. Nempe, ſi agatur de Procuratore publico, & iurato, (cuiuſmodi ſunt omnium Senatuum, & Præſidatuum Procuratores, aliarumq; Curiarum, quæ nonniſi iuratos ſolent habere) cùm in eo iam reſideat publica fides, nonnihil præſumptionis habere videtur, litem ab eo falſò inſtitutam non fuiſſe: publicis enim perſonis prima fronte credi ſolet, donec contrarium pateat.[c] Item mandati contractus, nonnihil à ritu aliorum contractuum diſcedere videtur: alij enim ferè omnes contractus, contrahentium præſentiam, ac conſenſum expreſſum, vt-plurimùm, requirunt, vt paſſim in Iure videtur,[d] mandatum autem, tam inter præſentes, quàm inter abſentes æquè contrahi ſolet. Procurator enim, inquit Vlpianus, & abſens dari poteſt.[e] Adde, quòd ex ſola patientia mandatum tacitè contractum videtur:[f] quocirca Accur. rectè docuit mandatum dupliciter contrahi, expreſsè ſcilicet, & tacitè: expreſsè, ſi ſcriptis: tacitè, ſi ſola patientia, aut alia ſimili mandati præſumptione,[g] probetur: cui conſequens eſt quod ait Imperator, Pro-

c Speculat. in Tit. de citation. §. 4. verſicul. Sed nunquid crederetur.

d L. 1. cum ſimilibus. ff. de verb obl.

e L. i. ſub fin. ff. de proc

f L. Si fideiuſſor. C. Mandat.

g Gloſ. not. in dict. l. Si fideiuſſor.

[h] L. vlt. C. de neg. geſt.

curatorem, ſicut ſcriptis, ita & ſine ſcriptis reuocari poſſe.[h] Ex quibus omnibus infertur, Procuratorem, quem abnuit cliens, teſtibus mandatum probare poſſe: in his ſaltem caſibus, in quibus tacitum mandatum colligi ſolet, vt pote ſi reperiantur penès Procuratorem, litis inſtrumenta, ſeu acta, ſine quibus, lis initiari non potuit, nec à Procuratore ſomniari: ſcilicet libellus citationis, à Seruiente, nomine agentis, factus, cùm reum in ius vocaret, item contractus emptionis, aut permutationis, aut alia inſtrumenta ſimilia, ſuper quibus actoris petitio fundata eſt. Item ſi dicat Procurator ſe hæc omnia ab actore per nuncium accepiſſe, & quod actor ipſe forſitan ruſticus, & ignarus ſcribendi, verbaliter per nuncium cauſam ſæpe commendauerit, & ipſemet aliquando ad Procuratorem venerit, vt eum de lite inſtrueret, vel vicino commiſerit, vt Procuratorem viſeret, & ſolueret, aut denique alios actus fecerit, quibus tacitè mandatum Procurationis probari poteſt,[i] qui quidem actus ſcribi non ſolent, maximè à ruſticis & imperitis. Arbitror hæc omnia teſtibus probari poſſe, nonobſtante hac Conſtitutione, propter præſumptam Procuratoris publicam fidem, & quia penès eum reperiantur litis inſtrumenta, quæ idcirco præſumuntur ab actore miſſa, & conſequenti ratione, litis mandatum verbaliter datum oſtendunt, cùm dato vno, aliud ex eo neceſſariò conſequens concedi neceſſe ſit, maximè in iſtis, in quibus de vno ad aliud infertur.[k] Item Iure vulgatum eſt, Procuratorem, cùm ad defendendum ſeſe offert, ſine mandato paſſim

[i] L. Si literas. C. mand. L. 1. ff. eod.

[k] L. Ad rem mobilem. iunct. l. ſeq. ff. de procur.

paſſim admitti, ſi modo caueat de rato,[l] tantus eſt reorum fauor: ſi ergo ſine mandato ſcripto admittatur, neceſſe eſt eum admitti ad probationem taciti mandati, quæ nonniſi teſtibus, fieri poteſt, cùm in tacitis interuenire non ſoleat ſcriptura, ſed magis Legis præſumptione, & indicijs perſpicuis concludi ſoleant, ex vulgata pactorum tacitorum doctrina.[m] Ex his, concludendum cenſeo, Procuratores litibus publicè præpoſitos, ad probationem mandatorum, ſi à clientibus reprobentur, teſtibus admitti debere, concurrentibus indicijs, de quibus ſupra, & alijs ſimilibus. Quod tamen intelligo, de ſolito litis exercitio, & ordine ſeruari conſueto, vt in proponenda actione, vel exceptione, in lite conteſtanda, in probatione adiudicanda, alijſque ſimilibus, litis ſolitum curſum aſpicientibus: ſecus autem in his quæ extra litis inſtructionem, expreſſiſſimum deſiderant mandatum, & maximum damnum clienti adferre poſſunt, vt confeſſio rei petitæ, in iudicio voluntariè facta, vel condemnatio ſpontanea, vel liberatio ſeu remiſſio parti aduerſæ conceſſa, aliaq; ſimilia, ſpeciale & graue præiudicium allatura, & quæ expreſſi contractus ſpeciem referunt: pro quibus Lex Ciuilis expreſſiſſimum mandatum ſemper deſiderauit:[n] Nempe in his, puto Procuratorem qui hæc temerè, ſine mandato ſcripto, auſus fuerit, ad probationem mandati, teſtibus admitti non debere, cùm ſolitum modum Procuratorum publicam fidem habentium exceſſerit. Non ſolent enim Procuratores forenſes talia conficere, ſine ſpeciali mandato, ideoq; qui

l L. 1. C. de procurator.

m Doct. in l. Labeo. ver ſ Et ideo. ff. de pact.

n L. Si hæreditatem. ff. mand. l. Illud §. talis. ff. de minorib. l. vnica. iunct. gloſ. etiam per procuratorem. C.

hoc ſine mandato expreſſo tentauerit, magis prævaricatoris, quàm Procuratoris officium exercuiſſe cenſebitur, nempe conſentiens parti aduerſæ, pro ipſius deſiderio, proditor cauſæ, & colluſor, ſeu deſertor videbitur: vt Loquitur Vlpianus,[o] & Marcellus.[p] Quocirca, ſi mandato ſpeciali ſcripto caruerit, teſtibus probare ei non licere putarem, tum quia iubet hæc Regia Conſtitutio, ab omnibus expreſſis contractibus teſtium probationem reijci, tum etiam, quia talis Procurator, officium ſuum excedere videtur, & doli ſpeciem cõmittere, quibus vt obuiam eatur, habita eſt hæc Regia ſanctio. In alijs autem Procuratoribus non forenſibus, ſed qui pro certis negotijs conſtitui ſolent, vt ad emendum, vendendum, locandum, aut aliud quidpiam in ſpecie contrahendum, ſi ſine mandato ſcripto, dere centum libras excedente, contraxerint pro alio, à quo poſtea reprobentur, fortiori multò ratione, dicemus prætenſum mandatum teſtibus probari non poſſe, ex hac Lege Regia: cùm hæc ſpecies mandati, omnino voluntaria ſit, nec à fide publica pendeat, vt de forenſibus Procuratoribus dictum eſt. Imputatur ergo tali mandatario, quare ſua ſponte non ſcriptum mandatum exercuerit, & ſua voluntate neceſſitatem ſubierit, quam recuſare liberè potuerat: ei enim faueri non ſolet, qui ſpontè neceſſitatem ſubit,[q] maximè cum eo caſu fieri poſſet ignorantis conditio deterior, in his quæ ſine ſuo mandato ſpeciali fieri non poterant,[r] atq; ita per indirectum huic Legi fieret fraus: quia, qui rem alterius

[o] In l. Athletas, verſ. item prævaricator. ff. de his qui notãt. infam.

[p] In L. 1. verſ. prævaricatorem. ff. ad Turpill.

[q] L. Si fideiuſſor. §. 1. ff. qui ſatiſd. cogant. l. 2. §. Si tamen. ff. Si quis caut.

[r] L. Ignorantis. ff de procurat. L. Si hæreditatem ff. mand.

non niſi ſcriptò emere poteſt, fingeret Procuratorem, qui ſibi nomine domini venderet, & cùm vendens à vero domino non laudaretur, ſubornatis teſtibus, mandatum de vendendo aſtruere conaretur, ideoq; venditionem per indirectum teſtibus ei probare concederetur, quam directò probare non poterat, contra mentem huius Legis, [s] quod abſit.

[s] L. Contra ff. de Legib.

Quid de pactis tacitis, à Lege vel ab homine naſcentibus?

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

ET CVM pacta omnia expreſſa, huic Legi ſubiecta eſſe dixerimus, quærendum eſt, quid de pactis tacitis ex Lege vel hominis diſpoſitione orientibus? Exempli gratia, Paulus ait: ex redditione cautionis debitum tacito pacto remiſſum cenſeri: [a] nunquid ergo debitor habens penès ſe debiti inſtrumentum, ſcriptis probare teneatur, inſtrumentum ſibi à creditore reſtitutum fuiſſe, in debiti remiſſionem? vel an ſufficiat inſtrumenti penès debitorem poſſeſſio? vel vtrum teſtibus reſtitutionem probare liceat, nonobſtante hac Molinæa Conſtitutione? Hec quæſtio non tam leuis videtur, vt ſine diſputatione tranſire poſſit. Nam Iuriſc onſultus videtur debitorem liberare, ſi obligationis inſtrumentum in poſſeſsione ſua eſſe monſtrauerit: cùm ex eo, Lex ita liberationem præſumat, vt in contrarium probationem admittere non videatur, [b] idq; in gra-

[a] L. Labeo & l. ſequent. ff. de pact.

[b] dict. L. Labeo.

tiam liberationis, qua in Iure nihil fauorabilius,[c] imò in diſponendo, videtur inſtrumenti datio, rei inſtrumento comprehenſæ donationem inducere, vt Iure vulgatum.[d] His tamen nonobſtantibus puto, pro iſtius Conſtitutionis diſpoſitione, ita diſtinguendum fore: Aut enim agitur de contractu obligationis, à Tabellionibus publicis recepto, & cuius ſcheda vel Protocollum ab ijſdem Tabellionibus, vel Notarijs ſeruatur, vt paſſim fieri ſolet: Aut agitur de ſimplici cautione chyrographaria, manu debitoris tantùm ſcripta, vel ſignata: Primo caſu, putarem inſtrumenti redditionem, ad liberandi intentionem factam præſumi non debere, ex eo ſolo quòd inter manus debitoris inſtrumentum reperiatur. Nam cùm ſcheda publica penès Notarios ſemper reſidere ſoleat,[e] poterit debitor ipſe à Notarijs publicis inſtrumentum in forma, vt dicunt, petere, idq; in fraudem creditoris, vt liberationis præſumptionem inducat, ex reperto penès eum authentico inſtrumento, ideoque ratio Legis, quæ liberationem ex redditione præſumit, facillimè fraudari poterit à debitoribus: qui ſæpè omnibus technis & artibus quibus poſſunt, liberationis beneficium in fraudem creditorum moliuntur, vt ſatis videre licet toto ferè titulo, Quæ in fraud. credit. &c. Cùm ergo ratio Iuriſconſulti, quæ eſt anima Legis,[f] ſemper ſpectanda ſit, vt ex redditione cautionis liberatio præſumatur, eo quod nulla alia ratione, vel vtilitate reſtituta præſumatur, niſi ad liberandum, nec vlla alia cautio alicubi reperiri poſſit, quàm ea quæ eſt in manu debi-

c L. Tale pactum. ff. de pact. & L. Arrianus. ff. de act. & ob.

d L. 1. C. de Donationib.

e cap. Cum P. tabellio. ext. de fi. inſt.

f L. Cum ratio. ff. de bon. damn.

nu debitoris, aliud eſſet, ſi alia vtilitas colligi poſſet, vt ait Modeſtinus de pignore reſtituto.[g] Ergo de inſtrumentis publicis, quorum Protocollum ſemper conſiſtit, loqui non videtur Iuriſconſultus, niſi forſan inſtrumentum publicum, penès ipſum creditorem, & inter eius inſtrumenta cancellatum reperiatur: tunc enim, ait Bald.[h] præſumptionem liberationis eſſe pro debitore, donec contrarium probetur. Ex his igitur ſequitur ſolam inſtrumenti publici in manu debitoris poſſeſſionem, redditionis & liberationis probationem non arguere, ſed probatione opus eſſe, inſtrumentum ad liberationem reſtitutum fuiſſe, & ita concludit Cynus.[i] Atqui hæc redditio, ſi inſtrumētum centum libras excedat, ſcriptis probari debebit, & non teſtib⁹: ideoq; caſus iſte noſtra Lege comprehenſus erit, cùm illa redditio ad liberandum, ſpeciem expreſſæ conuentionis inter partes habeat, maximè, ſi redditio per viam contractus expreſſi facta, allegetur, vt infra in capite de Liberatorijs latiùs diſcutiemus. In ſecundo verò caſu, cùm de priuata cautione chyrographaria agitur, an eo ſolo, quòd penès ipſum debitorem reperiatur, liberationem Iuris præſumptione faciat? Videretur dicendum, hac redditione liberationem præſumi, abſq; alia probatione, ex verbis Modeſtini, cùm ait:[k] *Si chyrographum cancellatum fuerit, licet præſumptione debitor liberatus videatur, tamen in eam quantitatem quam adhuc ſibi deberi manifeſtis probationibus creditor oſtenderit, rectè debitorem conueniri poſſe.* Ex quibus patet, ex inſtrumento ad debitorem reuerſo, liberationem,

g L. Poſtquam. ff. de pact.

h L. vnic. §. Ille autem. C. de Lat. lib. toll. num. 1.

i In l. Si de poſſeſſione. C. de probat.

k In L. Si chyrographū ff. de probat.

ſine alia probatione, præſumi, quouſq; contrarium à debitore probetur. Pro hac tamen quæſtione ſingulis ſuis caſibus diſcutienda, hac diſtinctione opus eſt. Aut enim is debitor penès quem reperitur cautio, eſt perſona alioquin ſuſpecta,& quæ facilè præſumi poſſet,vel ſubtraxiſſe, vel alia familiaritate ſeu coniunctione clàm ſubripuiſſe, vel intercepiſſe huiuſmodi chyrographum: vt ſunt ſeruus,ſeu famulus erga dominum,[l] aut aliàs domeſticus: item inſtitor, ſeu exercitor,erga eum cuius mercaturam exercet: item filius, vel vxor erga maritum,vel patrem: item Procurator & litisinſtitor(quemSollicitatorem vulgò dicimus)qui dominorum inſtrumenta & arcana tractare ſolent, & aliæ ſimiles perſonæ, quæ continua familiaritate domum creditoris & eius negotia frequentare ſolent, ita vt nonniſi cum eorum quotidiano conſilio creditor res ſuas agere conſueuerit: In his omnibus, ſi debitores fuerint illius, cum quo ita verſantur, non præſumitur liberatio, eo ſolo quòd penès eos cautio debiti reperiatur, etiam cancellata, ea cancellatione quæ indifferenter quilibet manu fieri poteſt, de qua in Iure nonnunquam fit mentio:[m] Nempe ex ea familiaritate & coniunctione, vel domeſtica conuerſatione,magis ſubreptionem, quàm redditionem præſumit Iuris diſpoſitio,[n] ideoq; redditionem cautionis probare debebunt: Item ſi ex hac cautione penès debitorem reperta,aliud commodum quàm liberationis elici poterat, vt in exemplis ab Alberico eleganter diſcuſſis, cùm de hac re loquitur.[o] His autem ſuſpicioni-

l L. vnic. § Ille. C. de Latin. libert. tol.

m Notat. in tit. de his quæ in teſtament. delent.

n dict. L. vnic. §. Ille. de Lat. libert. tol. & l. Fullo ſub fin. & l. Qui tabulas. ff. de furt.

o ict L. Labeo. num. 1. & 2.

bus de furto vel ſubtractione ceſſantib[9],ſi debitor ſit vir probus, & integræ famæ, non domeſticus, nec alioqui creditori ſuſpectus, & ſe debitum ſoluiſſe aſſerat, probationemq́; ex eo inducere contendat, quòd penès eum inueniatur cautio, puto eum audiri debere, eumq́; hac Iuris præſumptione iuuari, ſi modo ſolutionem iuramento firmare voluerit, & ita alia probatione non indigere. Et quamuis nonnulli Doctores antiqui, vt Iacobus de Aren. [p] iuramentum non exigerent, ſatiùs tamen facere Iudicem putarem, ſi huiuſmodi Iuris præſumptionem iuramento adiuuarit: in his enim dubijs cauſis (ait Caius) [q] Iudices, exacto iureiurando, ſecundùm eum qui iurauerit, iudicare conſueuerunt, ſicut etiam nonnullis caſibus, poſſeſſoribus iuramentum deferri ſolet. [r] Quod ſi debitor mortuus fuerit, relicto eius hærede, penès quem reperiatur illa cautio, & quam inter inſtrumenta patris reperierit, puto idem iudicandum, propter bonam fidem quam habet in alterius locum ſuccedens: [s] maximè ſi paratus ſit iurare de ſua credulitate, ſcilicet, quòd credat debitum à patre ſuo exolutum fuiſſe, quod ſæpè Lex permittit. [t] Aliud autem dicendum eſſet, ſi debitor, penès quem cautio reperitur, non ſolutionem allegare voluerit, ſed animo donandi cautionem huiuſmodi reſtitutam fuiſſe, aut nouo pacto de non petendo, ſeu ſimili conuentione, quæ ad donationis ſeu liberæ remiſsionis naturam accedat: tunc enim conſentiunt ferè omnes Doctores, ipſum debitorem non liberari, ſed cauſæ probatione indigere, cùm

[p] In dict. l. Labeo. & ſeq

[q] In l. Admonendi. ff. Iureiurand.

[r] §. Si quis ſe. Si de inueſtitur. inter dom. & vaſ. lis oriat. in vſib. feudor.

[s] L. Qui in alterius. cum ſimilibus. ff. de Reg. Iur.

[t] Notat. in l. Generaliter C. de iureiur.

pugnet in eum alia Iuris præſumptio, ſcilicet, quod nunquam liberalitas ſeu donatio præſumatur, niſi probetur.[v] Quibus hoc addo, nouationem nũquam præſumi niſi expreſſè probetur.[x] Quo autem genere probationis ei liceat vti, planum eſt: ſi enim pro liberatione donationem aut aliam liberalitatem alleget, teſtib⁹ non vtetur, prohibente hac Lege, cùm donatio & liberalitas inter contractus annumerentur, vt ſæpè dictum eſt:[y] & cum iſtis reſolutionibus tranſeunt Cynus.[z] Bald.[a] Paulus de Caſtro, Albericus, & Iaſon,[b] ſaluis tamen diſtinctionibus, de quibus in Liberatorijs infra dicemus, & ita ſæpè vidi conſuli. Sed nunquid ſimiliter iudicandum eſſet, de inſtrumento etiam publico, à Tabellione & partibus ſignato, cuius tamen Protocollum, ſeu originalis ſcheda, penès ipſum ſolum creditorem remanſerat, & non apud ipſos Notarios, (vt ſæpè fit) quæ tandem obligatio penès ipſum debitorem reperitur, nunquid, inquam, ex eo liberatio præſumatur, prout diximus de priuata cautione chyrographaria? Super hac quęſtione à quibuſdam doctis vidi dubitari: nam dicebant inſtrumenti huius publici authoritatem talem eſſe, vt qua ſolemnitate inducta eſſet, eadem ſolemnitate diſſolui deberet,[c] vt potè, liberatione ſcripta, & non ſola reſtitutione, nec teſtibus, obſtante hac Conſtitutione, probari poſſe. Ego tamen, ſaluo meliori iudicio, idem iudicandum puto, in iſto caſu reſtitutionis Protocolli, quod in priuata cautione chyrographaria, & maximè quando obligatio eſt monocularis, vt dicunt nonnulli pragmatici, id

[v] L. Cum de indebito ff de probat. l. Filius. ff. de donat.
[x] L. fin. C. de Nouat.
[y] L. Contractus. C. de fide inſtrum.
[z] In L. Si de poſſeſſione C. de probat.
[a] In l. vnic. §. Ille. de Lat. libert. toll.
[b] In dict. l. Labeo. iunct. l. ſeq. ff. de pact.
[c] L. Nihil tam naturale ff. de Reg. Iur.

eſt, in gratiam creditoris tantùm facta: vt quando Titius accepit mutuo centum à Caio, qui inſtrumentum publicum à Notarijs confectum tradit, cuius obligatio, quamuis authentica, penès ipſum ſolum creditorem remanet, nec aliquid à Notarijs retinetur, vt paſſim vidi fieri, ſi aliquo poſt tempore, Protocollum iſtud publicum, penès debitorem reperiatur cancellatum, ex eo liberatio præſumitur, ſicut in chyrographo, cùm eadem ratio videatur, ideoq; eodem iure iudicari debet, & eadem Iuris præſumptione: habita tamen perſonarum ſuſpectarum, & non ſuſpectarum, ſupradicta diſtinctione. Sed vtrum hæc præſumptio ſit Iuris & de Iure, quæ contrariam probationem non recipiat,[d] vel Iuris tantùm, ita vt contrarium probari poſſit per creditorem, ſcilicet alio animo reſtitutum fuiſſe inſtrumentum, quàm liberandi, vel alia ex cauſa per debitorem poſſeſſum? Et vtrum probatio fieri poſſit teſtibus, an ſcriptis tantùm, ſecundùm hanc Conſtitutionem? Quibus reſpondeo, hanc præſumptionem de inſtrumento reſtituto, vel penès debitorem reperto, iuris tantùm eſſe, atq; ideo ꝓbationem, vt aliæ iuris tãtum præſumptiones,[e] cõtrariam recipere. Si ergo creditor contra huiuſmodi inſtrumenti poſſeſſionem, allegare voluerit, hanc cautionem aliam ob cauſam reſtitutam fuiſſe, vtpote in cauſam trãſlationis vnius obligationis in aliam,[f] aut in cauſam nouationis,[g] aut in gratiam conuentionis alterius, vel ſi velit dicere inſtrumentum huiuſcemodi fuiſſe ſubſtractum, vel furto ſubreptum, vel ablatum: vt,

d *l. fin. Arbitriũ tutel. & not. in l. Siue poßidetis. C. de prob*

e *Cap. 1. & cap. fin. ext. de præſumpt.*

f *L. Singularia. ff. Si cert. pet.*

g *L. fin. C. de Nouation.*

exempli gratia: In bellis ciuilibus, quibus nuper exarſit Gallia noſtra, quis neſcit domos infinitas deprædatas fuiſſe, atq; inſtrumenta tam priuatorum, quàm Tabellionum, & Actuariorum direpta, & tanquã folia Sibyllæ ſparſa, & à nõnullis forſitan debitorib⁹ capta? vt in quibuſdam cauſis vidi ita excipi per creditores contra debitores ſuos: Nunquid ergo creditor in debitorem, debiti inſtrumentum poſſidentem, allegare poterit, ipſum debitorem, cuiuſcunque probitatis vel opinionis fuerit, dictam cautionem ſubtraxiſſe, vel à ſubtractoribus accepiſſe? Et certum eſt quod ſic, vt ſæpè iam vidi iudicari, & factum illud recipi, cùm Lex, quæ pro ipſo poſſeſſore liberationem præſumit, nunquam cogitauerit de poſſeſſione in aliam cauſam facta, ac multò minùs doloſa, violenta, & alioqui reprobata, quæ vera poſſeſſio dici non poteſt: [h] cùm dolus & fraus nemini vnquam patrocinari debeant, [i] & de dolo, maximè futuro, iniqua ſit pactio. [k] Sed quomodo fiet hæc probatio à creditore, ſi obligatio libram centenam excedat, an teſtibus recipietur, vel ſcriptis fieri debebit? Ego dico ita diſtinguendum fore: nam ſi creditor allegauerit, inſtrumentum debitori reſtitutum fuiſſe, non animo liberandi, ſed animo nouandi, vel in aliam obligationem transferendi, aut propter aliam conuentionem inter creditorem & debitorem, aut eorum procuratores, aut agentes, expreſsè factam: tunc, quia illæ cauſæ ab expreſſa partium conuentione procedere allegantur, debent ſcriptis probari, quoniam teſtium probatio non

h L. 1. C. Vnde vi.
i L. fin. C. de iureiurãd. Cap. Ad noſtram. ext. de empt. & vend.
K L. Si vnus. §. Illud. ff. de Pact.

admitteretur, ſecundùm hanc Regiam ſanctionem: aut verò contra inſtrumenti poſſeſſionem, allegatur cauſa extra cõuentionem partium prætenſa, vtpote, cauſa furti, ſubtractionis, aut ereptionis ab incendio, ruina, vel naufragio, aut alia ſimilis cauſa præcedens: & tunc, dico teſtium probationem admitti, nonobſtante hac Conſtitutione, quæ tantùm de pactionibus hominum loqui videtur & non de actibus doloſè factis, & ex delicto vel quaſi naſcentibus, aliíſve cauſis fortuitò accidentibus, [l] quæ omni genere probationum elucidari poſſunt: & ita iam ſæpè vidi obſeruari. Alia ſunt in Iure tacita pacta, vt cùm creditor emptorem hæreditatis conuenit pro debito hæreditario, & emptor hæreditatis, ſpontanea voluntate ſuſcipit actionem, nam ea ſpontanea ſuſceptione, tacito pacto liberat hæredem debitoris, vt Iure vulgatum: [m] Nunquid hæc ſuſceptio probari teſtibus poterit? Dico quod ſcriptis tantùm probari debebit: cùm hoc in iudicio fieri Lex deſideret, & acta iudiciaria nonniſi ſcriptis probari debeant. [n]

[l] L. Contractus. ff. de Reg. Iur. & l. Quæ fortuitis. C. de pignor. action.

[m] L. 2. C. de pact.

[n] L. Ne in arbitris. ff. de recept. arbit.

Quid in tacitis pactis locationum?

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

OBLIGATIO tacita de inuectis & illatis in domum conductam, etiam inter tacita pacta enumeratur: de qua tacita obligatione paſſim apud Iuriſconſultos fit mentio. [a] Si igitur mobilia, inuecta & illata negentur eſſe in gratiam cõductionis: cõductio ſcrip-

[a] In l. Item quia ff. de pact. l. vlt. C. In quibus cauſ. pign. tacit.

tis ꝓbari debet, ſi libras centum excedat: nam ꝓbata locatione cenſetur ꝓbata tacita obligatio, cùm dato vno aliud ſequatur, quod eſt conſequens.[b] In iſto tamen contractu locationis & conductionis, cuius per incuriam, aut contrahentium mutuam fiduciam, omiſſa fuerit ſcriptura, bona erit cautio, pro ipſo domino, rem ſuam locante, vt contra ſuum conductorem, mala fide locationem denegantem, non agat, ſcilicet ex contractu locationis, ſed potiùs quadam actione in factum experiatur contra huiuſmodi occupatorem & detentorem, ad hoc ſcilicet vt fructus captos & indebitè collectos reſtituat, vel pretium habitationis per eum factæ, in domo ipſius domini, ſoluat, ex communi æſtimatione, qua domus vel prædium locari potuerat, vel ſecundùm communem fructuum æſtimationem: Nam petitio hoc modo facta, contractum non reſpiciet, qui teſtium ꝓbationem non admitteret, ſed nudam tantùm & iniuſtam occupationem, quæ occupantem ex quaſi contractu, vel quaſi delicto, obligaſſe videtur: cùm rei alienæ mala fide detentæ, fructus ſuos facere non potuerit.[c] Ideoq; ſi denegetur detentio, occupatio, vel habitatio domus, fundi, aut rei alterius, cuius reſtitutio poſtulatur, teſtibus hæc omnia probari poterunt, nonobſtante hac Molinæa Conſtitutione, cùm de re inter partes conuenta non agatur, ſed magis de facto extra conuentionem partium contingente. Itaq; cùm aduerſus quemcunq; vſurpatorem pro re vſurpata experiri liceat,[d] vt reſtituatur: indignum & iniquum eſſet, ſi vſurpationem,

Cautela pro denegatæ locationis probatione.

[b] L. Cui iuriſdictio. ff. de Iuriſd. om. Iudic. l. Ad rem mobilem ff. de procur.

[c] L. Malæ fidei. Cod. de præſcript. 10. vel 20. ann.

[d] L. Officium. ff. de rei vindicat.

nem, contrectationem, iniuſtamq́; de facto prehenſionem, nonniſi ſcriptis probare liceret, cùm hæc omnia doli vel delicti ſpeciem referant. Sed alia ſubeſt quæſtio, nuper in noſtro Præſidali Senatulo diſceptata: vt ecce, Titius conduxerat domum, ſcriptis, à Caio, ad tres annos, pro libris quinquaginta, quolibet anno ſoluendis: emenſo locationis tempore, Caius volebat repetere domum à Titio: Titius verò excipiebat de ſecunda locatione verbaliter ſibi facta, ad aliud triennium, pro eodem pretio quinquaginta librarum, anno quolibet exoluendarum, quod denegabat Caius: Titius autem petebat ſe ad probationem per teſtes admitti, cùm de quinquaginta tantùm libris ageretur quotannis, & ſic diuerſæ obligationes, & diuerſa capita eſſent, quæ ſingula diſcreta conſiderari debeant, & non concreta, & cumulata, vt tradit Iuriſcõſultus cùm de poteſtate iudicandi ad certam vſq; quãtitatem differit: [e] Item in legatis annuis, vel pro certis annis, hac forma annua, bima, trima die relictis, conſiderationem fieri debere de primo anno tantùm, pro æſtimatione legati: [f] Item in ſtipulationibus dandi, annua, bima, trima die, aut de pluribꝰ rebus promiſſis, tot ſtipulationes eſſe, quot ſunt anni vel res. [g] Ergo concludebat in hac locatione ſingulorum annorum faciendam eſſe æſtimationem, vt pro ſingulis fieret æſtimatio librarum quinquaginta, & ſic teſtium probatio admitteretur. In contrarium tamen iudicatum fuit, idq́;, vt puto, optimè: his rationibus. Prima, quia in contractibus & ſtipulationibus quotieſ-

e L. Si idem cum eodem. ff. de iuriſd. om. iudic.

f L. Cum in annos. ff. de ann. legat.

g L. Scire debemus. & l. pluribus. ff. de ver. oblig.

cunq; plures anni vna cõceptione in ſtipulationem deducuntur, vel promittuntur, in annos certos & limitatos, vnica eſt ſtipulatio, inquit Pomponius.[b] Secunda, quia ſi pro locatione facta ad certos annos datus eſt fideiuſſor, pro omnibus annis datus cenſetur, & tanquam vna fideiuſſio, ad vnam ſolam obligationem refertur, vt diſertè annuit Caius,[i] his verbis: *Si à colono ſtipulatus, fideiuſſorem acceperit, vna ſtipulatio eſt plurium penſionum:* & hic textus pro hac locationis quæſtione eſt expreſſiſſimus, ideoq; de iudicato ambigi non poteſt. Nec obſtant Titij argumenta: nam in ſtipulationibus plurium rerum, vel plurium annorum, videntur plures conceptiones, & plures ſtipulationes: & idem in diuerſis petitionibus in iure factis, cùm diuerſa & multiplex enumeratio, arguat obligationum pluralitatem: in annuis verò legatis, fieri non poteſt certa æſtimatio alimentorum, niſi vnius primi anni, ſequentium autem annorum, incerta eſt æſtimatio, cùm neſciatur an poſtea viuat legatarius, ideoq; ſtatur primi tantùm anni æſtimationi, cùm pura & omnino certa videatur, & reliquæ conditionales, & incertæ: & ita diſtinguit eleganter Iuriſconſultus.[k] Et quia nonnihil antinomiæ animaduerti poterat in his diuerſis iuribus antiquitùs variatis, videtur quòd omnino ſit cõciliata cõtrarietas illa per Iuſtinianum[l]: cùm de inſinuandis certarum quantitatum donationibus diſtinguit: Nam (inquit) ſi diuerſis temporibus diuerſæ ſummæ donatæ fuerint, plures donationes factæ cenſebuntur, ſi verò eodem tempore, & momento,

b In L. Si Stichum. §. 1. de ver. oblig.

i In L. Si à colono. ff. de fid. inſtr.

K L. Si in ſingulos. ff. de ann. legat.

l L. Sancimus. C. de donat.

certa ſumma annuatim data eſt, ſi quidem anni indeterminati fuerint, vt pote, cùm donatur ad vitam, tunc primi anni tantùm fit æſtimatio: Nam in primi anni principio debet fieri pro alimentis ſolutio: [m] cæteri verò anni fortuiti ſunt, & incerti: Si verò anni ita determinati fuerint, vt appareat quantis annis debeat fieri præſtatio donatario, vel eius hæredi adiecto: tunc vnica cenſebitur donatio, vel ſtipulatio, & omnium annorum præſcriptorum fiet vnica æſtimatio, idq; ꝓpter certitudinem annorum rei ſtipulatæ? [n] & ita intelligēdum puto Pauli reſpōſum, [o] quo aſſignatur differentia, inter ſtipulationem, etiam mortis cauſa factam, in certos ſingulos annos, & annua legata, cùm vnum ſit certum, & alterum incertum: Atqui locatio in triennium eſt certiſſima, nec morte conductoris finitur, cùm tranſeat ad hæredes, [p] igitur trium annorum vnica facienda fuit æſtimatio: quæ cùm centenam libram excedat, huic Conſtitutioni meritò ſubijci debuit. Sed quid de contractu emphyteutico, vel cenſuali, ſeu libellario: nam abſq; dubio contractus ille ſcriptis confici debet, tam Iure ciuili vulgato, [q] (& hac fortè etiam ratione libellarius olim dicebatur ſecundùm Bald.) [r] quàm hac Regia diſpoſitione, quæ vult de his omnibus quæ inter homines fieri ſolent, contractum ſcriptis confici debere, ideoq; qui contractum emphyteuticum, vel cenſualem, ſeu reddituarium quemcunq; allegauerit, ſi ſupra centenam libram æſtimetur fundus, in emphyteuſim datus, huic Legi ſubijcietur. Sed nunquid ob hoc abrogata ſit vul-

m dict. L. Si in ſingulos ff de ann. leg.

n dict. L. Sancimus. §. vltim. C. de donat.

o L. Senatus. §. vlt. de donat.

p L. penult. C. de locat.

q L. 1. C. de iur. emph.

r Sup. rub. C. de iur. emph. num. 4.

garis illa theorica, quæ vult ex decennali cõtinuata præſtatione, redditum annuum poſſe probari, vt paſſim in Iure colligitur: [s] Nunquid ſi decennalis illa præſtatio denegetur, non niſi ſcriptis probari debebit, reiecta per hanc Legem teſtium probatione? Reſpondeo, teſtium probationem admitti debere, non quidem pro cõtractu, vel pacto, emphyteutico inter partes ſine ſcriptis celebrato, ſed pro decennali tantùm præſtatione, quæ præſcriptionis ſpeciem habet: atqui præſcriptio inter expreſſa hominum pacta, & conuentiones hac Lege Regia comprehenſas computari non poteſt: cùm non hominum pactionibus, ſed ſolo temporis curſu conficiatur & impleatur. [t] Ideoq; quod per præſcriptionem acquiritur, non pacto conuento, ſed magis pacto tacito ex longæua temporis & hominis patientia quæſitum videtur, & ideo ſub hac Lege comprehendi non poterit: cùm in Iure inauditum ſit, præſcriptionem non niſi ſcriptis fieri debere, imò & teſtibus, & omni genere probationis probari ſemper poſſit. [v] Concludo ergo, quod quamuis contractus emphyteuſeos expreſſus, non niſi ſcriptis probari poſſit, decennalem tamen præſtationem teſtib⁹ probari poſſe: ex qua decennali præſtatione, redditus creationem præceſſiſſe præſumitur, quæ etiam pro titulo habebitur. [x] Idcirco, inter tacita pacta, huic Regiæ Cõſtitutioni non obnoxia, caſum iſtum referri debere cenſeo: & idem in ſimilibus alijs tacitis pactis, eandem naturam cum ſupradictis referentibus.

s *L. Si certis annis. C. de pact. & in l. Cum de in rem verſo. ff. de vſur.*

t *L. 3. ff. de vſucapionib.*

v *not. in L. 1. de reb. alie. non alien. C. & ibi Bald.*

x *Ex Accurſ. & Bart. in dict. l. Si certis annis. Cod. de pact.*

Quid

Quid de inſtrumentis amiſſis, vel tempore conſumptis?

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

TERTIVS articulus ad hanc Legis partem pertinens, eſt de quæſtionibus, quæ quotidie oriuntur, pro inſtrumentorum amiſſione, vel eorum, temporis iniuria, conſumptione, deletione, abraſione, ita vt amplius legi non poſſint: nunquid his omnibus caſibus, probatio pactorum in inſtrumentis contentorum, teſtibus permitti debeat? Et videtur quod non: ne ſub ſpecie allegatæ perditionis inſtrumenti, per indirectum incidatur in rationem Legis iſtius, ſcilicet, colore & prætextu amiſſi inſtrumenti, inducantur teſtes ſubornati, & corrupti, ad probanda eiuſmodi pacta, quæ directò per teſtes probare non licebat, & ita fraus huic Legi facillimè fiat: cùm tamen per indirectum licere non debeat, quod directò non permittitur.[a] His tamen nonobſtantibus, puto (& ita ſæpè iudicatum ſcio) teſtium probationem admittendam eſſe: ita tamen vt de amiſſione inſtrumentorum tantùm probatio concedatur, & non ſimpliciter de inſtrumentorum tenore. Exempli gratia: Caius allegat in lite, Titium certum fundum centum aureis ſibi vendidiſſe, & ex ea venditione inſtrumentum confectum fuiſſe: ſed cùm bellorum, aut peſtis iniuria, inſtrumĕtum illud, vel inſtrumenti

[a] L. Cōtra. ff. de Leg. & ibi Accurſ. l. Non dubium. C. eodem.

protocollum, in aliquo loco, vel domo, cum multis alijs depoſitum, ſeu cuſtodiæ datum fuiſſet, incendio, bello, aut alio quouis fortuito caſu ablatum, amiſſum, vel conſumptum dicit, & hæc omnia teſtibus probare contendit. Nemini certè dubium eſt hanc probationem recipi debere, cùm ſit caſus fortuitus, qui extra hominum pacta ſemper verſatur, nec ab hominibus præuideri poteſt,[b] ideoq; huic Legi non ſubijcitur. Sed cautè dijudicanda eſt in iſto caſu teſtium depoſitio, cuius præcipua vis conſiſtere debet in amiſſionis teſtificatione: nam ſi diceret tantùm, ſe olim adfuiſſe cõtractus celebrationi, & ei⁹ pacta diſertè enumeraret: vel aſſereret ſe vidiſſe & legiſſe multoties inſtrumentum, omneſq; eius conuentiones, de amiſſione autem inſtrumenti nihil diceret, aut ſaltem ſubobſcurè de hac loqueretur, adeo vt nihil concluderet ad inſtrumenti amiſſionem, non eſt dubium tale teſtimonium nullius fore momenti, obſtante hac Lege Regia. Itaq; qui doloſè prætexunt inſtrumenti amiſſionem, vt teſtibus inſtrumenti tenorem probare poſſint, nihil agunt, cùm fraudulenter in Legem iſtam committant.[c] Debet ergo teſtis diſertè de caſu amiſſionis teſtificari, nec tamen tenorem inſtrumenti teſtificando omittere, vt certò liqueat cuius inſtrumenti amiſſio & perditio facta fuerit: & ita coniungere debet caſum fortuitum, cum tenore inſtrumenti. Nec tunc obſtabit Theorica illa, quod directò non licet, nec per indirectum permittitur: nam quod hìc directò permittitur, caſus eſt fortuitus, qui à Legi-

[b] *L. Quæ fortuitis. C de pig. act. & l. Contractus. de Reg. Iur.*

[c] *dict. L. Contra. ff. de de Legibus.*

bus, probari teſtibus conceditur.[d] Deinde tenor inſtrumenti tam acceſſorius eſt ad caſum amiſsionis, imò tam neceſſarius, vt vno dato, & aliud cōcedi neceſſe ſit, quod aliàs ceſſante primo caſu non concederetur, vt ſæpè Iuris æquitate introductum eſt:[e] vt ecce, in teſtamento amiſſo, à fure ſubtracto: nam quamuis teſtium ſolemnitas nonniſi ſeptem teſtibus directò probari poſsit,[f] tamen furtum, vel ſubreptionem teſtamenti, duobus teſtib⁹ probare potero: qui duo, de tenore & ſolemnitate teſtamenti teſtificantes per indirectum, probabunt ſeptem teſtium teſtificationem.[g] Sit ergo expeditus caſus iſte, teſtibus nimirùm probari poſſe amiſſionem, & per conſequens tenorem inſtrumenti, obſeruatis tamen his quæ iam dicta ſunt, aliàs non. Et ſub verbo amiſsionis, intelligo omnes caſus fortuitos, omnemq; vim maiorem, vt incendia, naufragia, bella, incurſus latronum, deprædationes, expilationes domorum, & alia eiuſmodi ad caſus fortuitos pertinentia.[h] Idemque iudicandum cenſeo de obliterationibus & delectionibus, quæ aut vetuſtate, aut iniuria temporis, aut locorum humiditate, quibus inſtrumenta ſæpè recōduntur, aut propter metum bellorum, aliarúmve neceſsitatum, aut eroſione à blattis muribuſq; facta contingunt, alijſq; ſimilibus iuſtrumentorum conſumptionibus fortuitis, de quibus, multis Iuribus fit mentio,[i] & quorum verificatio coram iudice ordinario fieri ſolet:[k] nam de his omnibus, probationem teſtibus facere licere, eadem æquitatis ratione, puto, ſi modò teſtes ſe inſtrumentum inte-

d L. Quæ fortuitis. C. de pignor. L. Sicut iniquū. ſunct. l. ſeq. C. de fid. inſt.

e L. Teſtium facilitatem. in fin. C. de teſtib.

f L. Hac conſultiſsima. C. de teſtam.

g L. Non idcirco. eod. l. 1. §. Sufficit. ff de bon. poſſeſ. ſecūd. tabul.

h Tota ſer. L. 1. ff. depoſ.

i In Cap. Licet. ext. de crim. falſ. l. Si vnus. C. de teſt. l. penult. ff. de his quæ in teſta. delent. Cap. cum venerabilis. extr. de religioſ. dom. Specul. in §. Reſtat. de inſtr. edit.

K Cap. Inter dilectos. & cap. final. ext. de fid. inſtrum.

grum aliàs vidiſſe, & legiſſe, aut lectum audiuiſſe, tenorem ipſius recenſentes, deponant: [l] & idem inſtrumentum poſtea eraſum, obliteratum, & conſumptum iniuria temporis, vidiſſe ſe teſtificentur, ac ratiocinentur concluſiuè vnum & idem eſſe corpus inſtrumenti, quod olim legebatur, nunc verò legi non poteſt. Sed qualiter probari debeat inſtrumenti amiſsio, & an teſtes deponere debeant in ſpecie, ſe vidiſſe inſtrumentum, de quo agitur, ſubripi, cremari, aut dilacerari à prædonibus, aliiſve huiuſmodi hominibus: an verò ſufficiat in genere, de inſtrumentorum omnium amiſſione teſtificari? Reſpondeo, probationis iſtius formam à Cyno, [m] Bartol. [n] & doctoribus [o] optimè traditam eſſe, non vt in ſpecie inſtrumentum, de quo agitur, ſubreptum eſſe, neceſſe ſit dicere, ſed ſufficiet, ſi teſtis dicat ſe olim vidiſſe inſtrumētum, & eius tenorem legiſſe, audiuiſſe, aut percepiſſe, & ſcire, quo loco dominus inſtrumenti, omnia ſua inſtrumenta condere ſolebat, ac nuper vidiſſe domum, & locum, in quo erant inſtrumenta, incendio flagrantem, vel à prædonibus aut belligeris domum captam & deprædatam fuiſſe, locumq; inſtrumentorum effractum, & inſtrumenta capta, fracta, diſperſa, aut flammis tradita, ita vt veriſimile ſit inſtrumentum, de quo agitur, & quod dominus eodem loco condere ſolebat, cum cæteris deperditum fuiſſe. Hæc eſt probatio, quæ neceſſariò concludit inſtrumenti amiſsionem, ex his videlicet duobus extremis, ſcientia loci, in quo inſtrumentum recondi ſolebat, & viſu incendij vel depræda-

l Accurſ. in L. Sicut. in verbo facile. C. eod. & d. l. Teſtium. C. de teſtib.

m In dict. l. Teſtium. & in l. ſi de poſſeſſione. C. de probat.

n In d. L. Sicut iniquū. C. de fid. inſt. & in l. Quoties. de naufrag. lib. 11. C

o In auth. Si quis in aliquo. C. de edend. & in l. Emancipatione. Cod. de fid. inſtrum.

prædationis domus ſeu loci inſtrumenta continentis. Et ita ab omnibus Iudicibus ſemper obſeruatum fuit.

Quid in teſtamentis, codicillis, mortis cauſa donationibus, aliiſque vltimis voluntatibus?

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

QVARTVS articulus, de quo pro hac Lege Molinæa dubitari poſſet, eſt de teſtamentis, alijſq; vltimis voluntatibus: nempe cùm dicat Conſtitutio hæc de omnibus rebus cõtractum fieri debere: videretur quod ad teſtamenta & vltimas voluntates extendi non deberet, cùm appellatione contractuum teſtamenta venire non ſoleant: [a] imò diuerſum omnino tractatum in Iure habeant, ac longe fauorabiliora cenſeantur, quàm pacta, contractus & conuentiones, ad vltimam hominum voluntatem nullomodo pertinentes: ideoq; diuerſo omnino Iure cenſeri debeant. Nihilominus tamen exiſtimo rationem iſtius Conſtitutionis ad ipſas vltimas voluntates, in nõnullis Prouincijs Municipali Lege vtentibus, extendi debere: imò in his arctius obſeruandam eſſe, cùm maius ſit periculum, [b] de ſubornandis teſtibus, in morientium voluntatibus, quàm in pactis viuentium: nempe (vt ait prouerbium) *Homo mortuus non mordet amplius:* mortuus enim in falſum teſtem nihil obijcere poteſt, & veritatis notio vnà cum ipſo mortua videtur: hæres eius ignorantiæ cauſam habet, & defuncti actiones explicare nequit. [c] Quid

a L. Verba contraxerunt. ff. de verb. ſignif.

b Cap. Vbi periculum. de elect. in 6.

c L. Qui in alterius. ff. de Reg. Iur.

ergo faciet in falſiſſimum,& perfrictæ frontis teſtem, qui audacter,cum cæteris eiuſdem fabricationis teſtibus,teſtificabitur ſe adfuiſſe nuncupatiuo ſeu verbali teſtamento defuncti: quo, omnia ſua, de quibus diſponere poterat, cuidam extraneo donauit ſeu legauit,adeo vt hæres præſumptus, hac falſa ſubornatione, omnium bonorum paternorum vel auitorum exhæres fiat, omnino neſciens quibus technis & artibus huiuſcemodi falſam voluntatis ſuppoſitionem detegat? Et ad hæc refert Iuſtinianus [d] exemplum de quibuſdam falſis teſtibus in Bithynia, qui manum cuiuſdam iam defunctæ, in lecto tenentes, fingebant eam ſignaculum crucis facere. His rationibus putarem, ſanctiùs hanc Legis diſpoſitionem pro teſtamentis obſeruari debere, cùm in his maius verſetur periculum, quàm in contractibus. Quia tamen deciſio huius quæſtionis, pro generali teſtamentorum in hoc Regno determinatione, & maximè pro patria Iuris ſcripti, nimis varia eſſe poteſt, ſupremorum Senatuum ſuprema iudicia pro vniuerſali deciſione expectanda eſſe arbitror: quorum Arreſta definient, an hæc Lex Regia ad omnia teſtamenta, in quacunq; patria pertinere debeat. Itaq; in præſentia mihi ſufficiet hæc diſputatio, an locum ſibi vindicare debeat hæc Lex, in noſtra Pictonum Prouincia: cuius Lex Municipalis, [e] expreſſam teſtandi formam nobis præſcripſit, eamq; tam facilem, vt nulla alia verbalis teſtandi forma facilior & commodior videri poſſit. Nam Lex noſtra Municipalis ait teſtamentum, vt conſiſtere poſ-

d. In Auth. de teſtib in ii cip.

e artic. Cõſuet. 268. & ſequent.

ſit, vna ex his formis conficiendum eſſe: nempe quod aut propria manu teſtatoris ſcriptum ſit, & ſignatum, aut ſit per teſtatorem dictatum, & ſubſignatum præſentib⁹ duob⁹ teſtib⁹: aut à Notarijs duobus receptum: aut per Notarium vnicum, cum duob⁹ teſtibus, cõfectum: aut, ſi ruri degat teſtator, vel teſtatrix, vbi nulla ſit Notariorum copia, coram Parocho, aut eius Vicario, cum duobus teſtibus, ordinatum ſit. Ex quibus formis, hac Lege Municipali præſcriptis, videntur excluſæ nuncupatiuæ teſtationes: Idque duabus potiſſimùm rationibus: Prima, quia Cõſuetudo illa dicit teſtamentum antequam valere poſſit, vna ex his quinq; formis prædictis fieri debere, in his verbis, *Auant qu'vn teſtament ſoit reputé bon & vallable, faut qu'il ſoit eſcript.* &c. tradendo quinq; formas leuiſſimas, vnde omnes alias formas reijcere videtur: cùm in formis à Lege limitatiuè introductis & coarctatis, præſcriptio vnius, omnes alias excludat:[f] & contra Legem teſtari dicatur[g] is, qui aliam ſibi formam elegit, ideoq; nihil facere videatur: Secũda, quòd hæc Municipalis introductio abrogauerit omnino difficilem illam Iuris ſcripti teſtamentorum formam, quæ nonniſi cum ſeptem teſtibus,[h] ciuibus Romanis, puberibus, teſtamenti capacibus,[i] præſentibus, ſubſcribentibus,[k] maſculis,[l] non ſuſpectis, rogatis,[m] non fortuitis, fieri debebat: & deinde ſigillo teſtatoris, & teſtium, ſi haberent ſigilla,[n] (aliàs ſigillo alieno vti poterant) teſtamentum obcludi, & poſt mortem teſtatoris, coram magiſtro Cenſus aperiri,[o] teſtiumq; ſigna &

f L. Cum Prætor. ff. de Iudic.

g L. Nemo poteſt. de Legat. 1.

h L. Hac conſultiſſima C. de teſtam.

i L. 1. eod.

k l. Cũ antiquitas. & l. Iubemus. eod.

l L. Qui teſtamento. §. Eum qui. ff. eodem.

m Auth. Rogatis. C. de teſtib. l. Heredes. §. fin. ff. eod. & l. fin. C. de cõd. indeb.

n L. Si vnus. C. de teſt

o L. 1. Quẽadmod. teſt. aperiant.

ſigilla recognoſci: imò in imperfecta teſtandi factione, quæ inter liberos valebat, nonnullus tamen teſtium numerus requirebatur, ipſorumque liberorum ſubſcriptio. p Hæc tamen omnia, cùm Conſuetudinis noſtræ conditoribus nimium difficilia viſa eſſent, idcirco, tantis ſolemnitatibus remiſſis, leuiores, imò leuiſſimas admodum introduxit: adeo vt teſtator iuſtam aliquam excuſationis cauſam habere non poſſit, ſi alteram ex iſtis formis non elegerit, aut in vrbe, aut ruri, cùm vbique adſit, aut Notariorum copia, aut ſcribendi facultas, aut Parochi ſeu Vicarij euocandi licentia. Committit ergo in Legem, qui nuncupatione, vocali aut ſcripta, teſtamentum condere nititur: imò cùm tale teſtamentum nuncupatiuum allegatur, falſi ſuſpicione non caret, quòd ſecundùm Legem non ſit factum, q ideoque in rationem huius Legis Molinææ incidere videtur, quæ in teſtium ſubornationes, obiectiones, & factorum inuolutiones facta fuit: imputandumq; eſt ipſi teſtatori, quare ſecundùm ſuæ Regionis Legem teſtatus non ſit. Et idem iudicandum putarem in omnibus alijs vltimis diſpoſitionibus, vt in codicillis, mortis cauſa donationibus, legatis, ſeu relictis particularibus: ſæpenumero enim vidi allegari hæc omnia verbaliter facta, coram nonnullis teſtibus, vt plurimùm corruptis, & falſò introductis, quæ ideo mihi ſemper ſuſpecta fuere. Et certè, ſcio de hoc aliquando iudicatum in quodam particulari legato, quod hæres quidam contendebat ſibi factum fuiſſe à teſtatore, qui cùm antea teſtamentum ſcriptis

p d L. Hac conſultiſſima §. vlt. C. de teſtam.

q Arg. L. Non dubium. C. de Legib.

condidiſſet,& cuidam prædilecto hæredi quæſtus & mobilia prælegaſſet : ſuperueniens iſte ſecundus hæres, ita egit cum eo, vt coram duobus aut tribus teſtibus rogatis,quædam debita ei donaret,ſeu remitteret, de præcedenti teſtamento nonnulla adimens,ſed verbaliter tantùm,& ſine ſcriptis: quo teſtatore mortuo, orta eſt, in hac Pictauenſi ciuitate, quæſtio de hoc vltimo prælegato. Contra quod primus prælegatari⁹ objjciebat, primum teſtamentum ſcriptis factum fuiſſe,& Municipali ſolemnitate omni ex parte munitum,&idcirco noua illa vocali tantùm ademptione non eſſe reuocatum, deficiente præſcripta Legis ſolemnitate: & ita iudicatum fuit à doctiſſimo D. F. Lauzonio, I. V. Doctore, & priuilegiorum Vniuerſitatis huius Conſeruatore,& à ſupremo Senatu confirmatum.[r]

Prædictis rationib⁹, putarem ab his quinque teſtãdi formis, inter Pictones, recedi non poſſe, & omnem vocalem diſpoſitionem,ſeu nuncupatiuam, reijciendam eſſe, ex ratione iſtius Sanctionis. Et ita iudicandum exiſtimarem in omnibus alijs Regionibus, in quibus eſt præſcripta certa & expreſſa teſtandi forma: vt in Conſuetudine Pariſienſi,[s] Turonenſi,[t] Meldenſi,[v] Senonenſi,[x] Carnutenſi,[y] & Angoliſmenſi,[z] cæteriſq; ſimilibus, certam teſtandi formam præſcribentibus: Ab illa enim forma à Lege coarctata, ſub his verbis, *Auant qu'vn Teſtament*, &c. recedere illicitum puto:[a] Niſi modo vtendi non ſcripto, aliter vſurpatum & iudicatum ſit in dictis Prouincijs, aut nonnullis earum. Hanc tamen no-

r Arreſtum lat. an. 1571. die 17. Iul.
s Art. Conſuet. 96.
t art. Conſuetud. 322.
v art. Conſuetud. 91.
x art. Conſuetud. 82.
y art. Conſuet. 194
z art. Conſuetud. 112.
a L. Si quãdo C. de inoffic. teſtam. L. Nemo poteſt. de Legat. 1.

ſtram Regulam fallere arbitrarer in tribus caſibus. Primo, in neceſſitate peſtis: ſecundo, in periculo belli: tertio, in teſtatore vel teſtatrice ægrotante in loco vel Parœcia, in qua nullus eſt Notarius, nullus Parochus, & nullus Vicarius, vel Sacrificus, quemadmodum hodie nonnullæ ſunt, quæ his omnibus carent. His enim caſibus, ſi nimirum peſte ægrotans, Notarijs & Presbyteris, ꝓpter imminens peſtis periculum, careat: ſi, inquam, præſentibus teſtibus, ad id expreſſè rogatis, de rebꝰ ſuis diſponat, & de Notariorum & Curionis defectu ꝓteſtetur, huiuſmodi diſpoſitionem recipi debere arbitror: cùm tales neceſſitates à Lege ſoleãt excuſari.[b] Et idem dicendum in eo qui militat in caſtris: cui propter vrgentem belli neceſſitatem, Lex Ciuilis ſolemnitatum rigorem remittebat.[c] Idem quoq; in tertio caſu, quãdo ſcilicet deficit Tabellionum & ſacrificorum omnis copia. In his enim omnibus, antiquæ leges, & maximè Canones, exactam Iuris ſolemnitatem temperarunt, vt modica obſeruatione cõtenti viderentur, quemadmodum Iure Canonico vulgatum eſt.[d] Satiùs tamen fecerint ægrotantes, in hac neceſſitate conſtituti, ſi, vt ſupra dixi, coram ijſdem teſtibus proteſtentur verbaliter, ſe, deficiente omni Tabellionum & Presbyterorum copia, teſtari. Hac enim animi ſui declaratione oſtendent, ſe non in contemptum Legis Municipalis, ſed potiùs ob neceſſitatem, ita teſtatos eſſe: quæ atteſtatio declaratoria voluntatis, multùm prodeſſe ſolet:[e] & de hac proteſtatione teſtificari poterunt teſtes ita rogati & adhibiti, cùm ſit

b L. Cum antiquitas. C de teſtam. & not. per Iaſ. poſt Cyn. & Alber. in L. Hac conſultiſſima. § per nuncupationem. eod.

c L. 1. & 2. de milit. teſt.

d Cap. Indicante. cap. Cũ eſſes. cap. Relatum. ext. de teſtam.

e arg. l. Neſennius. ff. de negot. geſt.

acceſſoria ad teſtamentum, & ideo eiuſdem naturæ cenſenda. Quod verò de teſtamentis dictum eſt, idem de codicillis, mortis cauſa donationib[9], legatis particularibus, alijſq; vltimis diſpoſitionibus (ſaluo tamen in his omnibus meliori iudicio) putarem obſeruandum. Ex his ergo concludo, nuncupatiuum teſtamentum, in hac patria conſuetudinaria, & ſimilibus, locum non habere, ſed ſecundùm formam Lege Municipali præſcriptam, fieri debere, & per Notarios in proprio ſuo territorio: vt Arreſto [f] iudicatum fuiſſe ſupra retulimus.

[f] ann. 1575. die 28. Apr.

Quid de qualitatibus & accidentibus rerum in Iudicio petitarum?

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

QVINTVS articulus ad primam iſtius Sanctionis partem pertinens, eſt de qualitatibus, ſeu accidentibus rerum, de quibus litigatur: vt pote, cuius conditionis aut qualitatis ſit fundus, aut reditus, qui petitur, aut defenditur: & vtrum eiuſmodi rei qualitas, vel conditio, teſtibus probari poſſit, ſi res centum libras excedat. Exempli gratia: duo hæredes ſuccedunt Caio, vnus, fortaſſis aſcendens, bonis de nouo quæſitis, alter verò, forſitan collateralis, rebus antiquis & patrimonialibus tantùm, ſuccedit, vt videre licet in multis huius Regni conſuetudinibus: Item, ſæpè fiunt donationes de quæſtibus, ita vt donatarius omnia quæſititia teſtatoris ſibi deberi con-

tendat: hæres verò, omnia antiqua. In his caſibus de duobus quæritur: vnum, cuius ſit probatio: alterum, quo genere probationis vti liceat, & an hæc Lex Regia hic locum habeat.

Quantùm ad primam quæſtionem, tam vulgata eſt reſolutio, vt longiori diſcuſſione non indigeat: Nam quamuis nonnulli Pariſienſes Patroni olim reſponderint, omnia dici debere noua, & quæſititia, quæ antiqua & auita eſſe non probarentur: hac ratione ducti, quòd nudus naſceretur homo, nudus enim (inquit Iob)[a] exiui de vtero matris meæ, atq; ita, quòd omnia per nos poſtea poſſeſſa, quæſititia fuiſſe præſumi deberent: obtinuit tamen contraria ſententia, omnia ſcilicet præſumi antiqua, quæ noua & quæſititia non probarentur: hac Iuris ratione, quòd ex præſenti poſſeſſione, præteritam & antiquam nos habuiſſe præſumatur,[b] hoc enim maximè obſeruatur in dominio, quod antiquum & cõtinuatum de prædeceſſore in hæredem cẽſetur:[c] antiquum quippe præſumitur, quod nouum non probatur, maximè in poſſeſſore, inquiunt Feudiſtæ.[d] Ergo communi opinione receptum eſt, ei incumbere onus probandi, qui bona quæſititia dicit. Altera ſupereſt quæſtio, an ſcilicet teſtibus, rem quæſititiam eſſe, probare liceat, ſi centum libras excedat, & quæſita à tempore huius Conſtitutionis dicatur, (hanc enim Legem Regiam, futuris tantùm dare formam negotijs, certi Iuris eſt)[e] an verò ſcriptis tantùm, ex hac Lege Regia. Reſpondeo, hanc Legem noſtram, in iſtis exemplis, exactè & ad vnguem practi-

a Cap. 1.

b L. Sine poſſidetis. & ibi Bartol. C. de probat.

c L. Cum haredes. ff. de acquir. poſſ.

d cap. vni. de content. inter me & dom. de port. §. Si vero dominus. de ſucceſſ. fratr. vel grad. ſuc. cap. vnic. de vaſſall. decr. atat. in vſib. feud.

e L. Leges C. de Legib.

practicari non poſſe, ſed potiùs arbitrio & æquitati Iudicantium relinqui debere probandi facultatem, qui ex natura negotij, & allegationum circunſtantijs, magis ſcire poterunt, quo genere probationis vtendum ſit. Nemini enim ignotum eſt, bona tam mobilia, quàm immobilia non tantùm ſcriptis, ſed etiam ſine ſcriptis, & abſq; hominum pactione, acquiri poſſe: Proprietatis enim dominium (inquit Imperator) [f] non tantùm inſtrumentis, ſed & teſtibus probari poteſt: quærimus enim ſine ſcriptis, & abſq; vlla conuentione, id quod per decennium, aut aliud longius tempus, à nobis pręſcribitur, cùm præſcriptio ſit legitimus acquirendi modus: [g] & idcirco præſcriptio ſcribi non poteſt, cùm ſolo tempore expleatur. [h] Item, res pro derelicto habita, ſi à nouo poſſeſſore occupetur, vt ſæpè vidi in ſuperficiarijs poſſeſſionibus, quæ ab vno derelictæ, per alium occupantur, & certo tempore publicè poſſidentur, vidente, & non contradicente eo qui antea poſſidebat, [i] vt ſæpè fit inter eos qui tabernas, aut officinas, ſiue ædes ſuperficiarias (vt loquitur Caiꝰ) [k] in Palatijs & locis publicis conſtruunt, fiſco permittente: Hæc omnia quæſititia ſunt: & is qui ea quæſititia eſſe contendit, hoc modo ratiocinari poterit. Fundus Cornelianus quæſititius erat Titio donatori meo, eo quòd de nouo viſus eſt eum poſſidere, cùm antea poſſideretur per Sempronium, itaq; mutata fuit poſſeſſio de Sempronio in Titium, vidente & non contradicente Sempronio, Titiuſq; in poſſeſſione fundi mortuus eſt: Ergo ſequitur, cùm Sempronius,

f L. proprietatis. C. de probat. l. Inſtrumentis. C. de fid. inſtr.

g tot. tit. de præſc. 30. vel 40. ann. §. 1. Inſt. de vſuc.

h L. 3. ff. de vſucap.

i L. 1. & 2. & tot. tit. ff. pro derelict.

k L. vlt. ff. de ſuperf.

& eius hæredes de mutata poſſeſſione nunquam reclamarint, & Titius de nouo liberam tenuerit poſſeſsionem, fundum fuiſſe per eum de nouo quæſitum, propter mutatam poſſeſsionem,[l] & non auitum, vel hæreditate obuentum fundum: Ex iſtis enim duobus extremis probatis, fundus quæſititius probatus erit, niſi in contrarium aliquid allegetur: atqui, hæ poſſeſſionum mutationes abſq; hominum pactione expreſſa ſæpè fiunt, ex varijs occaſionibus: Huic igitur Legi ſubijci non poſſunt, quæ de expreſſis hominum conuentionibus duntaxat loqui videtur, cùm in hoc caſu ceſſet eius ratio. Præterea, Conſtitutio iſta videtur loqui de pactis & contractibus, de quibus actio principaliter intentatur, ex his verbis, *Sans receuoir aucune preuue de teſmoins oultre le contenu au contract:* videtur enim de contractu ſeu pactione, virtute cuius expertum fuerit, principaliter loqui, & non exactè de omnibus alijs qualitatibus, & accidentibus, quæ circa res litigioſas in lite occurrere poſſent: cùm hæ ſæpè abſq; ſcriptis, & conuentione hominum expreſſa, contingere ſoleant: vt in exemplis ſuperioribus, & ſimilibus, in quibus iudices pro ſua æquitate probationes non coarctabunt, & maximè ſi in genere allegatum ſit, fundum aut reditum de quo agitur, quæſititium eſſe: at probationes in genere poterunt permittere, cùm infinitis ferè modis, etiam non ſcriptis, acquiri poſſit, tam Iure Gentium quàm Iure Ciuili, ait Caius,[m] vt dictum eſt, & tunc huic Legi ſtrictè inhærere non tenebuntur. Si tamen qualitas quæſititia, nonniſi expreſſa & par-

l L. Si pro fundo. C. de tranſaction.

m L. 1. & 2. l. Adeo. ff. de acqu. rer. domin.

ticulari hominum conuentione allegetur, vt ex venditione, permutatione, donatione, & cæteris, quæ contractuum appellatione continentur,[n] nec alia quærendi cauſa articulis proponatur: tunc hæc Lex fortè locum haberet, & teſtium probatio recipienda non eſſet, cùm litigator contractum allegando, probationem ſuam coarctare voluerit: ſaluo tamen in his omnibus iudicantis arbitrio. Aliud exemplum vidi ſæpè oriri in rebus feudalib⁹, ſeu nobilib⁹, & in rebus plebanis: nam prædia & reditus nobiles alio modo diuiduntur quàm plebana prædia, diuerſis huius Regni Conſuetudinibus: at nemini dubium eſt, omnes res plebanas dici tanquam liberiores, ſi feudales ſeu nobiles non probentur, cùm liberum ſit prædium, quod ſeruile eſſe non oſtenditur.[o] Et quamuis hac opinione teneantur omnes ferè Galli noſtri, vt altioris dignitatis putent eſſe domos & prædia in feudum ſeu homagium poſſeſſa, (& ſi maiori & arctiori ſeruitute perſonali grauata ſint, & infinitis commiſſorum & confiſcationum cauſis obnoxia, vt in Legibus Feudalibus videre eſt)[p] quàm plebana prædia, cenſibus realibus ſimpliciter obligata, perſonali autem ſeruiliq; officio nequaquam adſtricta, ſi non expreſſè in libellarijs contractibus id caueatur: Hoc tamen magis ex nobili & generoſo Gallorum animo ꝓcedere arbitror, quàm ex aliqua vtilitatis ratione. Iure autem feudorum ſcripto, prima feudorum probatio erat per inſtrumenta publica aut breue teſtatum: & his deficientibus, vel amiſſis, per Pares Curiæ, & his adhuc non interue-

n L. Contractus. C. de fid. inſtrum.

o L. Altius iunct. gloſ. & l. Si tibi. C. de ſeruit.

p tit. quib. mod. feud. amitt. in vſib. feudor.

nientibus, vel ignorantibus per ſacramentum poſſeſſoris,[q] adhibitis tamen aliquando duodecim ſacrame̅talib⁹ teſtib⁹: de quibus ſæpè inLegib⁹ feudalib⁹ fit me̅tio.[r]In hoc tamenRegno vſitatum eſt feudorum homagia, ſeu hominia, nonniſi ſcriptis fieri ac recipi,& cenſuales profeſſiones adamuſsim ſcriptis explicari ac enumerari. Si quis ergo prædium feudale eſſe contendat,cùm feudalis conceſsio,tantùm expreſſa hominum pactione,[s] & conſenſu fieri poſsit: qualitatem hanc ſcriptis duntaxat probari poſſe ex hac Lege Regia exiſtimarem, aliàs plebana res & cenſualis erit, vel allaudialis, quæ ſine aliquo cenſu poſſidetur: vt in nonnullis Prouincijs videre eſt, maximè in ijs quæ Iure ſcripto vtuntur,quæ allaudialis cum plebana, æquo iure diuidi ſolet: nam ex eo quòd allaudialis fuerit, nobilis non putatur: imò, è contrario liberrima allaudialis cenſetur, cùm neminem dominum habeat, quem laudet: & idcirco allaudialis dicitur, vt eleganter docet Budæus,[t] à verbo Laudo, quo Iuriſconſulti [v] vtuntur, pro eo quòd dicimus, accerſere authorem ad defenſionem noſtram, quam vulgò garimentum vocamus. Ex his ergo, omnes qualitates feudales huic Regiæ Sanctioni ſubijci videntur, niſi quis forſitan excipere voluerit, caſtra, & domos ad formam caſtri antiquitus ædificatas, & omnia nobilitatis inſignia præ ſe ferentes, tanquam bona nobilia inter nobiles perſonas ſemper diuiſa, & cum hac qualitate nobili, longiſſima præſcriptione vſurpata fuiſſe: de quibus tamen cùm ſcriptis conſtare non poſſit, nec inſtrumentorum

[q] Cap. 1. Quid ſit inueſtitur. cap. 1. Si de feud. inueſt. contr. ſuer. in vſib. feudor.

[r] Cap. 2. eod. & cap. 2. Si de inueſtitur. inter dom. & vaſ. lis oriat.

[s] Cap. 1. Quid ſit inueſtitura, in vſib. Feud.

[t] In Annot. in Pand. ad L. Herennius de euiction.

[v] In L. Tenetur. §. Si tibi iter. de action. empt. & in dict. L. Herennius.

mentorum amiſſio probari ex fama notoria, & antiquorum vicinorũm teſtimonio, oſtendi poterit domum & caſtrum, forma nobili & poſſeſſa & diuiſa ſemper fuiſſe, à ſuperioribuſque dominis, & alijs Nobilibus, ita denominata, & à cunctis pro nobilibus recognita. Hanc enim teſtium probationem recipi poſſe exiſtimarem, cùm iam conſtet de inſignijs nobilibus caſtri, ſeu domus, quæ à Nobilibus ſemper poſſeſſa, & inter Nobiles diuiſa fuit: nam ex ſignis prŏſtantibus, res ſignatas ſignificari docet Iuriſcõſultus [x]: & maximè, ſi hæc inſignia antiquæ nobilitatis imaginem referant, vt ſunt arma, verſatiles pontes, turres antiquæ, mœnia loricata, columbaria in terram defoſſa, leporaria cuniculis referta, & alia ſimilia indicia, antiquam nobilitatem demõſtrantia, cùm ocularem probationem habeant: vt in ſimili arguit Paulus, [y] armis vel nominibus in opere publico ab antiquo impreſſis. Raro tamen hæc quæſtio accidere poterit, cùm caſtrum ferè ſine ſubditis conſiſtere non poſſit: atque ita fieri non poteſt, quin aliquid ſcriptis reperiri poſſit de Iuriſdictione caſtri, quæ ſubditis exhiberi ſolet. Si tamen eiuſmodi caſus aliquando eueniat, exiſtimabit bonus Iudex an teſtium probatio ſit recipienda, prout æquius eſſe, ex qualitate rerum & allegationum, videbit. Sed cùm de rerum nobilitate dictum ſit, non minus dubitari poterit de perſonarum nobilitate: nam in multis hæc nobilitatis qualitas ſæpè agitatur: vt ecce, Caius & Titius fratres, contendunt de diuidenda hæreditate paterna, cuius maxima pars feudalis eſt,

x In L. 1. § Si intelligatur. ff. de Aedilit. Edict. arg. L. Stigmata. de fabricenſ. lib. 11. Cod.

y L. Qui liberalitate. & l. final. ff. de operib. publ.

ſeu nobilis: Caius primogenitus, petit ius primogenituræ, ſecundùm Leges patrias, multis Regionibus conſuetas, quibus inter Nobiles primogenito, maior debetur portio: Titius verò hanc perſonarum nobilitatem inficiatur: Quæritur, cui incumbat probatio? & an teſtibus, vel ſcriptis tantùm, probare hanc liceat? Quod ad primum quæſitum, nihil dubitationis habet: nobilitatem, quippe, aſſerenti incumbit onus probandi, [z] cùm Nobilitatis qualitas ſit accidentalis & extrinſeca: omnes enim homines ab Adamo, eiuſdem cõditionis eſſe, quò ad natiuitatem attinet, exiſtimãtur, ſed ex præſtantia morum, virtutis vel ſanctitatis diſtincti ſunt, vnuſq; altero dignior & nobilior eſt habitus. Quod primò factum fuiſſe putant nonnulli, in tribus filijs Noe, quorum vnus, Cham nomine, quòd pudorem patris neglexiſſet, duobus alijs fratribus ſeruire, & ſeſe agriculturæ dedere, æquiſſimo patris iudicio condemnatus eſt: alij verò duo fratres, Chamo ſuperiores, ab eodem, cum benedictione declarati ſunt, quòd verenda patris cum pudore retexiſſent: [a] & ita ex morum ſanctitate orta eſt eorum nobilitas. Præterea, quòd accidentalis ſit, ſatis patet, ex eo quòd adeſſe & abeſſe poteſt abſq; ſubiecti corruptione, vt inquit Bartolus, [b] quemadmodum etiam apparet in fœmina plebeia, quæ Nobili nubens, nobilis efficitur: [c] & ſecundò iuncta plebeio, deſinit eſſe nobilis: [d] Item, homo nobilis, propter criminis condamnationem, nobilitate priuari poteſt, [e] & tamen manet homo, nobilitatiq; per Principem iterum reſtitui poteſt: [f]

z L. Iſqui dicit. l. Aſſeueratio. de probationib. l. Non ignoras. C. de his qui accuſ. poſ.

a Geneſ. 9.

b In L. 1. C. de dignit.

c L. Fœmina. C. de Senatoribus.

d L. Mulieres. Cod. de dignitatib.

e L. vnic. C. de infamib iunct. L. Ad tempus. & l. Iniuriarum. C. Ex quib. cauſ. infam.

f L. Quaris & tot. tit. de natal. reſtit. ff

denique alijs infinitis penè exemplis oſtendi poſſet, nobilitatis qualitatem accidentalem eſſe & extrinſecam. Qui igitur ſe nobilem dicit,qualitatem hanc probare debet. Alia quæſtio maius habet dubium, an ſcilicet huiuſmodi probatio huic Edicto Molinæo ſubijci debeat? Ad quam reſpondeo, quòd ſi nobilitas allegetur ex aliquo contractu, vel actu ſpeciem cõtractus referente,aut in naturam cõtractus incaleſcente, à tempore huius Conſtitutionis: tunc ſcriptis, non teſtibus, fieri hanc debere, ex his verbis Conſtitutionis, *Que de toutes choſes excedant cent liures,ſeront faictz contractz.* Si verò nobilitas non ex actu eiuſmodi,vel contractu,ſed ex antiqua temporis præſcriptione prætendatur: huius probationem, Legis noſtræ rationi non eſſe ſubijciendam. Quæ diſtinctio, vt pateat clariùs, Nobilitatem politicam ſic diſtinguemus,(quandoquidem de Theologica loqui non intendimus,ſed eam, Bartolum [g] ſequuti, Theologis relinquimus) eam duplicem ex communiori Gallorum vſu facientes: alteram natalem, ſeu antiquam,alteram verò quæſititiam, ſeu nouam.

[g] In L. 1. C. de dignit.

Natalis Nobilitas ea eſt, quæ ab antiquis parentibus genere & claritate morum conſpicuis,ad deſcendentes peruenit: adeo vt nobiles nati dicantur, quia ex parentibus, auita nobilitate fulgentib', nati ſint: cuius meminit Ariſtotel. [h] cùm ait, Nobilitatem eſſe Maiorum claritatem, & honorem progenierum, quæ attenditur ſecundùm virtutem generis: de qua etiam loquitur Caſſiodorus, [i] affirmans nobilitate ſeu bonitate cognatorum nos non

[h] Libr. 2. Rhetoricor.

[i] Libr. 9. Epiſt. 8.

illuſtrari, niſi fuerimus noſipſi boni: cui ſententiæ accedit quoque Iuuenalis,[k] cùm ait, nihil prodeſſe, ſanguine longo cenſeri, ſi deficiat morum probitas. Hæc verò Nobilitas auita verior à Felino[l] & Canoniſtis exiſtimari videtur, idemq; cenſent Bartolus,[m] &Lucasde Penna:[n] hac ratione forſitan ducti, quòd duplici vinculo ſtabilita ſit, antiqua ſcilicet claritate & virtute progenitorum excellentiori, à qua originem habuiſſe præſumitur, & longiſſimi temporis continuatione, ex qua antiqua Nobilitas in illa familia perpetuata videtur: ideoq; cùm duo vincula ſint fortiora vno,[o] dignior & conſpectior exiſtimatur hæc natalis Nobilitas: quia non ſolùm virtute, ſed etiam longiſſimo tempore, huic familiæ impreſſa fuerit.

k Satyra 8.
l In capit. Super eo. de teſtib. & cap. Venerabilis. de præb. ext.
m In L. 1. C. de dignit.
n In L. Mulieres. C. eod.
o §. Sed hodie. Inſt. de adoptionib.

Nobilitas verò noua & quæſititia eſt, quæ vel militia, vel ſcientia, aut alia virtutis claritate comparata eſt, ab eo qui nuper plebeius erat, de qua Cicero[p] ait: *Intereſſe Reipub. clarorum virorum, & de Repub. benè meritorum, memoriam manere*: cuiuſmodi eſt in ijs, qui ſtrenuitate armorum & Nobilitatem & Equeſtrem ordinem à Principe conſequuntur, & in ijs qui ſcientia, virtute, & morum claritate Decuriones & Nobiles in ciuitate conſtituuntur: vt ſunt Decuriones & defenſores ciuitatum, qui nobilitate ſimul, cum dignitate adepta, pro ſe & poſteris ſuis gaudent:[q] quorum in numero ſunt Pictauenſes noſtri Decuriones, qui Scabini vulgò appellantur, & fortè Excauini, à verbo Excaueo, Latiniùs dici poſſent. Hi autem tanto Nobilitatis priuilegio ſunt inſigniti,

p In orat. pro Sextio.
q L. 1. per Bartol. ff. de Decurion.

ſigniti, vt ad ſucceſſiones & cuiuſcunque generis honores extendatur, nullaq́; ſit inter eos & alios antiquos Nobiles differentia, vt in Municipali Pictonum Lege videre eſt, [r] & ſæpè in ſupremo Senatu iudicatum. Quinimo hæc Nobilitas non tãtùm ad poſtgenitos, ſed etiam ad iam natos pertinet, verbis expreſſis conceſſi eis olim priuilegij, à Rege Charolo v. [s] in præmium inuictiſſimæ fidelitatis Ciuium Pictauenſium, quod aliter non fieret, repugnante Iuris diſpoſitione, [t] quæ vult dignitatem ad filios iam natos non retrotrahi. Quæ etiam Nobilitas quæſititia, eſt in alijs dignitatibus publicis, Nobilitate inſignitis ex beneficio Principis, vt in Senatoribus ſupremæ Curiæ, qui nouo Regis Placito, nobiles cum ſuis poſteris declarati ſunt. Dignitates autem à feudis procedentes, hîc non comprehendo: cùm in hac noſtra Gallia, Feuda plebeis Nobilitatem conferre non ſoleant, vt notat Lucas de Penna, [v] etiam ſi ſint Comitatus, vt in multis Cõſuetudinibus cernere eſt. In his ergo nobilitatibus, ſiue antiquis, ſiue nouis, ſi denegentur, concludo, quod pro Nobilitate auita, & ex genere prætenſa, teſtibus vti poterimus, cùm magis ex præſcriptione temporis oriatur, (quæ ſcribi non ſolet, ſed ſolo temporis tractu perfici [x]) quàm ex aliqua hominis pactione vel conceſſione. Quomodo autem fieri debeat, ſatis vulgatum eſt, ex Bartolo, [y] & alijs, de hac probatione tractantibus, ideoque in his non magis inſiſto. Excipio tamen ab hac teſtium probatione, pro natali Nobilitate facienda, caſum vnicum, quo teſtationis actus ſcribi debet:

[r] Artic. Conſuet. 238.

[s] ann. 1372.

[t] L. fin. C. de Decurion.

[v] In L. Cũ neque. C. de incol.

[x] L. 3. ff. de vſucap.

[y] L. 1. C. de dignit. ex not. per Innocent. in cap. D multa. de preb. & Rebuff. in tract. nom. quæſt. 12. num. 28.

cùm ſcilicet agitur de nominatione ad beneficia, Nobilibûs concedenda, ratione gradus, ex triennali ſtudio: tunc enim Nobilitatis actus, certa ſolemnitate confectus & conſcriptus, neceſſariò præcedere debet, cum ſignificatione collatoribus facta, ex Regijs Cōſtitutionibus,& Concordatis inter Regem & Romanum Pontificem habitis: [z] aliter beneficia non cōſequerentur: Imò lite de beneficio mota, ſi hæc ſolemnis teſtatio ſcripta deficiat, & præſcripto tempore Quadrageſimali inſinuata non ſit, cadêt à lite, nec teſtes producere, ad ꝓbandam Nobilitatem, eis licebit,[a] ꝓpter præſcriptam à Lege formam, à qua ne latum quidem vnguem recedi poteſt: cùm hæc in omnib⁹ omnino impleri debeat.[b] Pro noua verò nobilitate à tempore huius Cōſtitutionis quæſita, ſi denegetur, dico neceſſariò ſcriptis probandam eſſe, duplici ratione: Prima, quòd ex ſola conceſſione ſeu donatione à Principe, vel à Ciuitate, facta dicatur: atqui conceſſio vel donatio, contractus ſpeciem habet,[c] & inter contractus numeratur: Secunda, quod Principis vel Ciuitatis ſpeciale priuilegium, nonniſi ſcriptis concedi ſoleat: Senatores quippe atq; Decuriones ſolemniter in Albo ſcribi neceſſe eſt,[d] aliàs in ordinem aſciti non videbuntur, maximè ſi recens ſit eorum dignitas, & à Maioribus præſcriptionem longiſſimam non habeant, vt de natali Nobilitate dictum eſt. Qui igitur ſe Decurionem vel Senatorem, vel filium Decurionis aut Senatoris aſſerit, vt more Nobilium hæreditatem diuidat, vel priuilegio Nobilium vtatur, ſcri-

z Ludouic. 12. titul. des gradues ſimples. art. 11. & §. Cum verò. de coll in Concor. d.

a §. Teneantur. & ibi Rebuffus. de coll. in Conc.

b Cap. pluralis. de Reg. Iur. in 6. & ibi Dynus. L. Quoties. Qui ſatiſd. cog. ff.

c L. Contractus. C. de fid. inſtrum.

d L. 1. & 2. ff de alb. ſcrib

ptò probare debet: vt pote, Principis diplomate, quo Nobilitat⁹ fuerit, vel Senatoriæ dignitatis conceſſione, in Regeſto Ciuitatis in qua Decurio electus fuerit, ſcripta, aut ſimilibus teſtationibus ſcriptis, præſertim cùm ſcribi conſueuerint: quod ideo factum eſt, ne ſi per teſtes ꝓbatio in his rebus admitteretur, ſubornandorum teſtium præberetur facultas, contra mentem Edicti huius: cùm in hac noua nobilitate non ſufficiat ſimplex & nuda aſſeueratio, dicentis ſe nobilem, [e] nec vulgi opinio illud inducere poſſit: cùm populi vox, vt plurimùm, fallax, vana, [f] & quandoq; ſtulta ſit, vt inquit Tullius. Vnum tamen caſum excipiendum eſſe putarem, ſcilicet in Equeſtri ordine, in procinctu bellicæ pugnæ à Principe conceſſo, vt ſæpe viſum fuit: cùm Princeps, aciem paratam habens ad conflictum, acie inimicorum inſtante, & vrgente, & ferè manus conſerente, ſtricto enſe, plurimos facit Equites, vt eos iam armatos ad pugnam reddat ardentiores. Nemo enim dubitat, hac Equeſtris ordinis conceſſione, nobiles fieri: cùm primi ordinis cenſeantur, poſt Clariſſimatus gradum, inquit Imperator, [g] qui aliàs forſan genere nobiles non erant. Cùm igitur hæc dignitas & nobilitas nũquam ſcribatur, quãdo id tantùm literis ſanguine rutilantibus ſcribere tunc intendant, [h] cùm Princeps, tum milites, arbitror hanc Nobilitatem armis & ſanguine quæſitam, teſtibus, alijs ſcilicet militibus tunc adſtantibus, probari poſſe: cùm tanta ſint militantium priuilegia, propter eorum ſimplicitatem, [i] & quoniam arma magis

e argu L. Non nudis. C de probat.

f L. Decurionum. C. de pœn. l. Diuo Marco. C. qui manumit. non poß. l. Si priuatus. ff qui & a quib.

g L. vnic. C. de Equeſt. dignit.

h L. Milites. C de teſt. milit.

i L. 1. ff. de milit. teſtam.

quàm Iura ſcire milites conuenit:[k] ita vt ſtrictis Legum ſolemnitatibus omnino ſoluti videantur. Adde quòd ea potiſſimùm ratione huiuſmodi Nobiles hac Legis neceſſitate arctari non debent, quòd ipſiſſima Principis præſentia, quibuſcunq; ſcriptis dignior & probatior ſit, & ex ea omnis Iuris ſolemnitas ſuppleatur, vt dicitur in teſtamentis coram Principe factis[l]: Hoc enim caſu, non tantùm adeſt Principis præſentia, ſed ipſemet Princeps, manu ſua propria, dignitatem confert: maiorem ergo exquirere ſolemnitatem, indigniſſimum videretur, & liberalitati Principis iniurioſum, vt loquitur Imperator, cùm de Principis donatione verba facit.[m] Aliud fortè diceretur in Equitibus in otio creatis, ſcilicet extra Caſtra, cùm illi tanto fauore non gaudeant,[n] quanto alij, qui ſanguine ſuo, & vitæ periculo, dignitatem hanc conſequuntur. Idem de torquatis militibus, qui vulgò Ordinis Equites dicuntur, puto enim quòd dignitatem ſuam, ſi denegetur, ſcriptis pbare debebũt, cùm in otio, & à Caſtris redeuntes, vt plurimùm, creari, & in albo ordinis ſcribi debeant.

k L. Scimus. C. de Iure deliber.

l L. Omnium. C. de teſt.

m L. Sancimus. C. de donat. & L. fin. §. fin. C. de quadrien. præſcript.

n L. Ne quidam. C. de milit. teſt. L. Diuus. ff. eod. §. Illis. Inſt. eodem.

Quid de petitionibus certam quantitatem non habentibus?

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

SEXTVS articulus ad hanc Conſtitutionem pertinens, erit de quæſtione, quæ ſæpè contingit: quando ſcilicet pactio facta eſt ſine certa æſtimatione, ita vt incertum ſit,

quid petatur, vel quid debeatur, & an ſine certa quantitate iudicandum ſit, & deinde in exequutione ſententiæ diſcutiendum, quid, quantum, & quale debeatur, vt in Iure ſæpè reperimus:[a] quomodo & quando in his ſit recipienda vel reijcienda teſtium probatio? Exempli gratia: Titius conuenit Caium, & concludit contra eum, ad damna & intereſſe, quæ Iuris & rationis erunt, ob non ædificatam ſibi inſulam,[b] iuxta pactum inter eos conuentum: vel petit Caius, vt Titius ſecundùm inter eos conuenta, eum eximat & liberet ab expenſis, damnis, & intereſſe, ob litem contra Caium vel Sempronium motam, & euictionem ei præſtet: vel proponit Caius, permutationem cum Titio factam fuiſſe, de re ad rem mobilem ſeu immobilem, & petit vt perficiatur permutatio.[c] In his omnibus oritur hæc quæſtio, cuius æſtimationis ſit pactio non ſcripta: Idemq; de omnibus alijs exemplis, in quibus aliquid, per modum intereſſe, incertum petitur, certificandum tamen in exitu litis, vel exequutione iudicati: ſi pactio propoſita denegetur, & ſcripta non ſit, an Iudex teſtium probationem cõcedere debeat? Reſpõdeo, ex natura & qualitate petitionis Iudicem æſtimare poſſe, in promptu, an petitio libram centenam excedat, necne: vt, quando factum, quod proponitur, cõſiſtit in modico negotio, ſeu vili operatione, & negotiatione, vel expenſa, quæ citra libras centum æſtimari poteſt: vel quando res quæ petitur, eſt notoriè modica, quod ex qualitate perſonarum, vel temporis, vel rei, de quibus agitur, facilè percipi poterit,

a In l. Quã quam. & in L. fin. C. de ſentent. quæ ſin. cer. quãt. & in l. vnic. de ſent. quæ pro eo quod inter.

b L ſi is qui inſulam. cum ſimilib. ff. de verb. oblig.

c L. Ex placito. C. de rer permutat.

vt multis Iuribus vulgatum eſt,[d] & à Bartolo ſæpè tractatum.[e] In his enim ſummariam teſtium probationem recipere debebit Iudex, cùm de re agatur quæ ſine ſtrepitu iudicij, & altiori indagatione, ſummariè & de plano diſcuti debet, ait Vlpianus.[f] Si verò tale ſit negotium, quod ſui natura & conſideratione centeſimam libram excedere videatur, tunc ſi adeo incautus fuerit actor, vt abſq; certa æſtimatione actionem ex pacto conuento propoſuerit, eum ad teſtium probationem recipi non debere putarem, obſtante hac Conſtitutione, ne in Legis rationem incidat, producendo teſtes, qui vltra centum libras pactionem, de qua agitur, æſtimare poterunt: & ita per indirectum huic Legi fiat fraus, contra ipſius mentem:[g] Ideoq; conſultiùs faciet Iudex, ſi in ipſo litis ingreſſu, aut ſaltem ante conteſtationem, vel antequam facultatem probandi partibus concedat, actorem cogat ad limitandam, ſeu coarctandam actionis propoſitæ æſtimationem, vt inde notum habeat, quo genere probationis vtendum ſit in lite. Dubium autem non eſt, Iudicem ad huiuſmodi coarctationem petitores cogere poſſe, cùm illud pendeat à ſuæ notionis poteſtate. Nam, quia Iudex ad certum genus cauſarum limitatam habet poteſtatem, benè ſequitur, eum coactionem habere in litigatores, vt actiones ſuas ſecundùm Iuriſdictionem illi⁹ coarctent vel explicent.[h] Atqui in hac Lege Regia, coarctatum eſt Iudicis officium, ne vltra centenam libram teſtes recipiat, ergo ei conceſſum eſt, vt æſtimationem litis explicare cogat

d L. In rebus. § poſſunt ff. Commodat.

e In L. ſed & ſi ſuſcepe-rit. § ſi liber-tis. ff. de Iud. & auth. vt hi qui ſe obligat. perhib. coll. 6.

f In L. 2. ff. de re iudic. & l. 3. § ibidem ff. ad exh

g L. Cōtra ff. de Legib. l. Non dubium. C. eodem

h l. Si idem cum eodem ff. de Iuriſd. om. Iudic.

actorem, cùm vno dato, aliud conceſſum cenſeatur ſine quo primum expediri non poteſt,[i] vt ſæpè iam diximus. Cuius rei exemplum habemus in Iuriſdictione Iudicum Præſidalium, nuper introducta, certis quantitatibus limitata, quibus conſequenter [k] data eſt poteſtas compellendarum partium, vt rei, cuius nomine experiri volunt, certam faciant æſtimationem, ipſo litis ingreſſu: quod malè obſeruatum quotidie videmus, & maximè per Iudices Municipales ſiue ſecundarios: quibus nihil curæ eſt de coarctandis litigantium petitionibus: & cùm lis eſt inſtructa, actores aliquando in procinctu iudicandi, & poſt didiſcita teſtificata, petitionem limitare conantur, nonnulliq; poſt iudicium datum, in cauſa appellationis, idem faciunt, idq; doloſè, cautè, & ex induſtria, videntes forſan iudicium eis certum fore: quod tamen ſuprema Curia ſæpè improbauit, ita vt appellationes meritò receperit, de cauſis incertis, litis ingreſſu non coarctatis, nonobſtante actoris limitatione, non præſcripto tempore facta, qua doloſè damnatis præripere putauit futurum appellationis remedium, æquitate naturali omnibus paratum, & quod ab ipſa litis conteſtatione eis quæſitum erat, propter incertam tunc actionis æſtimationem, cùm in iudicijs quaſi contrahatur,[l] & propterea actores in præiudicium reorum, poſt litem conteſtatam & inſtructam, & minùs adhuc in cauſa appellationis, petitiones ſuas coarctare non poſſe puto, ne fauorabiliores videantur actores quàm rei,[m] & pro fauore odium, contra Iu-

i L. Cui iuriſdictio. ff. de Iuriſd. omn. iudic. & L. Ad rem mobilem. ff. de procurat.

K Superiorib. Legib.

l L. Inter ſtipulãtem. §. 1. ff de verb. oblig.

m L. Arrianus. ff. de act. & oblig.

risregulam experiantur. [n] Alia quæſtio pendet à præcedente, vtrum ſcilicet, propoſita actione de ſumma centum libras non excedente, quæ tamen à pactione vltra cẽtenam libram iam facta oriebatur, teſtium probatio recipi debeat? Exempli gratia: Caius, qui vendiderat equum Titio, centum aureis, contra Titium, aut eius hæredem, experitur ad ſolutionem triginta aureorum, qui à cõuentione centum aureorum reſtabant, cuiuſmodi petitiones ſæpè inter Mercatores vidi, ſi Titius non tantùm ſummam illam triginta aureorum deneget, ſed & etiam equi venditionem, & pactionem non ſcriptam, nunquid teſtium probatio admittetur? Puto quod ſic, etiam ſi aliquando dubitatum ſit, ſed perperam, cùm in litis æſtimatione magis cõſideretur quid petatur, quàm quid debeatur, vel debitum ſit. [o] Alia quoq; leuis quæſtio occurrit aliquando, Si plures, videlicet, petitiones vno libello concipiantur, quæ coaceruatæ, centenam libram excedant, diſcretæ verò centeſimam ſummam non egrediantur, nunquid teſtium probatio admittetur? Reſpondeo, admitti, ſi ex diuerſis cauſis & pactionibus, diſcretæ petitiones concludantur: Si verò ab vna eademq; petitione oriantur, huic Regiæ ſanctioni ſubijci debere. Quod à vulgari diſtinctione Caij, [p] aliorumq; Iuriſconſultorum diſcere facillimè poterimus. Ideoq; non pluribus inſiſtendum puto, cùm nimis vulgaris inter omnes Pragmaticos, hæc quæſtio videatur. Hactenus de prima parte.

[n] L. Quod fauore. C. de Legib.

[o] L. Cum quadam puella. §. vlt. ff. de Iuriſd. omn. Iud. L. Obligationũ feré. §. modus de action. & oblig. & L. Qui hominem §. Stipulatus. ff. de ſolut & in l. Miles. §. Decem. de re iudic.

[p] l. Si idem cum eodem. ff de Iuriſd. om. Iudic.

Finis primæ partis.

Secunda

SECVNDA PARS EDICTI MOLINAEI.

En quoy n'entendons exclurre les preuues des conuentions particulieres, etc.

Quid de ſcripturis priuatis in genere?

CAPVT PRIMVM.

SECVNDA pars iſtius Regiæ Conſtitutionis loquitur de priuatis inſtrumentis, ſeu ſcripturis, publicam fidem non habentibus, in illis verbis: *En quoy n'entendons exclurre les preuues des conuentions particulieres, & aultres qui ſeroyent faictes ſoubz leurs ſeings, ſeaux, & eſcriptures priuees*: Quibus videtur Princeps explicare qua neceſſitate ductus fuerit, ad abrogandam teſtium fidem, quia nimirùm, tanta facilitate, hoc perdito ſeculo, teſtes ſubornari quotidiè viderentur, vt ſæpè, ab vtroq; litigante, affirmatiua, & negatiua coarctata, æquo pede probatæ reperirentur: quod multoties & in conſulendo & in iudicando vidimus: atque ita Iudices, qui allegata & probata præterire non audent, [a] ad infinitas obiectationum probationes, aliaſq; interloquutiones recurrere cogerentur. Voluit ergo Princeps (& meritò) omnes pactiones ſcribi,

[a] L. Illicitas. §. Veritas. ff. de off. Præſid.

nec ſolis teſtibus probari debere. Si quid verò à partibus manu ſcriptum ſit, ex quo nonnulla probatio elici poſſit, id à Iudicibus contemnendum non eſſe ſanciuit hac vltima parte: ideoq; omnes actiones, quæ vel ex chyrographis, alijſq; priuatis ſcripturis, aliquam fidem præ ſe ferentibus, oriuntur, excludere noluit. Sed videtur quòd Legiſlator, qui teſtium ſubornationes in prima parte Legis timebat, recidat in hac vltima parte, in maiorem ſubornationum ſuſpicionem: nempe certum eſt, & cõmuni vſu Galliæ receptum, nullam priuatam ſcripturam nullũq; chyrographum fidem habere, niſi priùs agnoſcatur:[b] quod ſi denegetur, teſtib9 ex neceſſitate opus erit, ad ꝓbandum ſignum, vel ſigillum, manu ſcriptum, vel appoſitum,[c] fuiſſe ab eo qui denegat ſcripturam: & ſic ad teſtes ſemper erit recurrendum, imminebitq; periculum & ſuſpicio ſubornandorum teſtium: hinc interloquutiones, allegationes, & inuolutiones innumeræ, vt antea, locum habebunt. Quocirca hæc Lex Regia, hoc reſpectu, illuſoria videbitur, & ſibiipſi contraria. Huic obiectioni facilis eſt reſponſio: nam hæc Lex noſtra, omni ex parte teſtium probationem abrogare non intendit, ſed eam ſolam, quæ alijs adminiculis, vel alijs Iuris præſumptionibus iam fulcita non fuerit: vt in his pactionibus, quæ coram teſtibus tantùm factæ ſuſtinentur: Nam cùm in his expertum ſit, teſtes penè infinitos corruptos fuiſſe à multis, qui vel vexationis affectu, vel auaritiæ inexplebili deſiderio, obligationis cauſas quotidiè ſupponebant:[d] vel ſi veræ fuiſſent obligationes, debi-

[b] L. Exemplo. C. de probat. l. Inſtrumenta. eod.

[c] L. Comparationes. C de fid. inſtr. l. Contra qui propriam. C. de non num. pecun.

[d] L. Teſtiũ facilitatem. C de teſtib.

tores falſiſſimas ſolutiones, redemptis teſtibus, adſtruebant, ideoq; innumerabiles litium anfractus & inuolutiones hinc oriebantur: itaq; neceſſe habuit Princeps, omnia pacta, teſtibus tantùm probabilia, reijcere. Si autem aliqua ſcriptura, qualiſcumque fuerit, iam adminiculata ſit pactis, tametſi aliquibus teſtibus ſit aliquando iuuanda, Princeps hanc probationem recipit, propter Iuris præſumptionem, quæ pro ſcriptura ſtare videtur: cùm Iuris præſumptio, ſit quædam ſcriptæ probationis ſpecies, quamuis in contrarium probationem recipiat:[e] ideoq; ſi denegetur priuata ſcriptura, teſtibus & comparationibus,[f] ritè probabitur, nonobſtante hac Regia Conſtitutione, cùm in his caſibus, teſtium probatio & comparatio, acceſſoria tantùm videatur, ad id quòd iam principaliter pbatum eſt per ſcripturam: quò fit, vt teſtium corruptio non facilè hic præſumatur, propter præexiſtentem cauſam, & pbationis ſpeciem, quæ falſa non præſumitur, niſi probetur: vt dici ſolet de confeſſione iudiciaria, præexiſtentem cauſam habente, ſecundùm Bartolum.[g] Maneat ergo hæc concluſio: omnes cautiones priuatas & manuſcriptas, probationem facere, ſi agnoſcantur:[h] & ſi denegentur, teſtium probationem ad confirmandam eiuſmodi ſcripturam admitti. Sed quia circa huius Legis partem nonnullas etiam quæſtiones vidi moueri: hæc quæ ſequuntur ſuo ordine diſcutere operæpretium putaui. Primò, an ſub his verbis, *Et aultres conuentions, qui ſeroyent faictes ſoubs les ſeings & ſeaulx des parties,* comprehendantur omnia

[e] *L. Siue poßidetis. & ibi Bartol. & Bald. C. de probat.*

[f] *L. Comparationes. C. de fid. inſtr.*

[g] *In l. vni. C. de confeß.*

[h] *L. Scripturas. C. Qui potior. l. Super chirographariis. C. Si cert. pet. L Qui agnitis. ff de except.*

manu ſcripta, & non tantùm Chyrographa, ſed etiam Opiſtographa, Syngrapha, & Olographa? de quibus doctè & eleganter meminit Alexander ab Alexand.[i] Item chartæ deletitiæ, apochæ, antapochæ, epiſtolæ, reſcriptiones, & omnia alia id genus ſcripta, quæ nulla Tabellionum vel ſigillorum authẽticorum publica approbatione muniuntur? Secundò, quid de ſcripturis priuatis nullam cauſam habentibus, & vtrum deficientem hanc cauſam teſtibus probare liceat? Tertiò, quid de inſtrumento per Notarios, extra territorium recepto, à parte tamen ſubſignato, vel reſcripto? & an valeat, ſaltem, vt priuata cautio, ſub hac Lege cõprehenſa? Quartò, quid de cautione per errorem ſubſcripta, quam ſubſcribens, aliam putabat? & vtrum errorem hunc teſtibus probare liceat? Quintò, quid de mutuo ciuili, & de cautione pro mutuo cauſata? vtrum, & quomodo, aliam fuiſſe cauſam probare permittatur? Sextò, quid de libris Mercatorum?

i Genial. dier. lib. 2. cap. 30.

Series præcipuorum capitum, quæ hac ſecũda parte cõtinentur.

Quid de omni genere Chyrographorum?

CAPVT SECVNDVM.

QVOD ad primum articulum: vtrum ſcilicet appellatione cautionum priuatarum, veniant omnia priuata ſcripta? Certiſſimum eſt, quod ſic, ſi modò ex eis nõnulla ꝓbatio elici poſſit. Itaq;, cùm Chyrographorum appellatione veniant omnia quæ partium manu, vel ſcripta, vel ſubſcripta, ſiue ab vna parte tantùm,

tantùm, ſiue à duabus, vel pluribus ſimul,[a] omnes eiuſmodi ſcripturas ſub hac Lege comprehenſas eſſe non dubito, nulla ſpecierum habita differentia: Nam quod ad Opiſtographum, de quo Vlpianus,[b] quod pro charta vtraque facie ſcripta accipitur, vt explicat idem Alexand.[c] vel fortè, quòd ante & poſt ſignum ſeu ſigillum, eadem manu ſcriptum eſt, nemo dubitabit ſub hac Lege cōprehendi debere. Vidi tamen dubitari de his quæ ſcripta ſunt, poſt ſignum appoſitum, vtrum ſub ſigno cōprehendantur, vt fidem faciant, quemadmodum ea quæ antè ſignum ſcripta ſunt? In qua quæſtione, ſic putarem eſſe diſtinguendum: Aut enim ſcriptura, poſt ſignum, poſita eſt eadem manu, eodem momento, & cōiuncta oratione, ſeu continuata, de eadem re ac materia, de qua, ante ſignum, ſcriptum erat, ſub his ferè verbis: *Item, ſub eodem ſigno meo, ſupra appoſito, promiſi Titio, vltra ſuperiùs ſcripta, tale quid facere, vel ſoluere,* &c. aut ſimilibus, quæ ſuperiori parti coniuncta videbuntur, facta tamen præcedentis ſigni mentione: & tunc putarem ex huiuſmodi Opiſtographo actionem oriri, & ſub hac Lege, ſcripturam illam contineri: cùm videatur vnus & idem continuatus ſermo, ad idem ſignum pariter relatus,[d] & ineſſe priùs factæ obligationi dicatur id, quod incontinenti adiectum eſt:[e] Aut verò poſt ſcripta, ad ſignum ſe non referunt, de eoque mentionem non faciunt, neque ſunt eadem manu ſcripta, aut eiuſdem materiæ cum ſcriptura prima: & tunc exiſtimarem, ex hac poſteriori ſcriptura, nihil cautionis elici poſſe,[f] ſed

[a] Notatur in L. Scripturas. C. Qui potior.

[b] L. Charta ff. de bon. poſſ. ſecund. tabul.

[c] Cap. 30. lib. 2. genial. dier.

[d] L. Continuus. ff. de verb. oblig.

[e] L. Pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. L. Petens. & l. Iuriſgentium. ff de pactis.

[f] Argum. l. Titia. §. 1. de verb. oblig.

nudam tantùm & imperfectam eſſe eiuſmodi ſcripturam, & in qua fortaſſè ſcribens perſeuerare noluerit, cùm ei non iterùm ſubſignauerit: atque ita ex tali imperfecto, agi non poſſe.

Quantum ad Syngraphum, quod à duobus, vel pluribus, eadem chartæ facie, conſcriptum aut conſignatum propriè dicitur, de quo loquitur Plautus,[g] idem cenſeo iudicandum quod de alijs cautionibus priuatis. Idemq; de Autographo, quod eſt cautio, non tantùm propria manu ſubſignata, ſed & omnino ſcripta, quæ etiam Holographum dicitur, teſte Hyeronimo:[h] quãuis nonnulli Autographum, de re inter viuos acta, & Holographum, de re à morientibus ex integro ſcripta, intelligant. Vtcumque tamen ſit, hæc omnia inter priuatas cautiones enumerantur, &, ſi ſcriptura, vel ſignum in eis appoſitum, denegetur, teſtium probatio recipietur, nonobſtante huius Legis prima parte, vt dictum eſt. Idem de Apochis, quibus debitum receptum fuiſſe, priuatim recognoſcitur, & de Antapochis, quibus aliquid debitum eſſe oſtenditur, vt in Iure vulgatum eſt.[i] Hæc enim omnia, inter Chirographaria computantur. Quantum ad Epiſtolas, an obligationem habeant, necne? diſtinguitur: Aut enim Epiſtola abſolutam continet recognitionem, vt eſt apud Paulum,[k] his verbis: *Titius Sempronio ſalutem. Habere me à vobis auri pondo, plùs minùs, decem, & diſcos duos, & ſaccum ſignatum, ex quibus mihi debetis decem, quos apud Titium depoſuiſtis: item, quos trophimati, decem: item, ex ratione patris veſtri, decem, & quod excurrit:* & alijs ſimi-

g In Aſin.

h In tract. contra Rufin.

i L. Plures apochis. C. de fid. inſtrum. & L. 1. C. de apoch. public.

k L. Publia. §. final. ff. depoſ.

libus exemplis, penè infinitis in Iure.[l] Et tunc ex iſta recognitione purè & ſimpliciter facta per Epiſtolam, quæſita eſt obligationis probatio, cùm Iure vulgatum ſit, per Epiſtolam obligari nos poſſe.[m] Aut verò Epiſtola non habet puram recognitionem & promiſſionem, ſed forſan conditionatam, hoc modo: *Si ex parte tua, tale quid feceris, dabo tibi aureos centum:* Et tunc, ex tali promiſſione obligatio probari non poteſt, niſi oſtendatur conditionem ab altera parte impletam fuiſſe: cùm hîc agatur de obligatione, do, vt des, do, vt facias, vel, facio, vt facias: pro quibus, nonniſi implemento ſubſequuto, actio præſcriptis verbis, dari poteſt, vt in Iure notum eſt.[n] Ex his ergo Epiſtolis rectè agitur ſecundùm hanc Conſtitutionem, &, ſi ſignum, Epiſtolæ appoſitum, non recognoſcatur, vel factum, in conditionalem Epiſtolam deductum, denegetur: hæc omnia vera eſſe, teſtibus probare licebit, etiamſi de ſumma centenam libram excedente agatur, nonobſtante huius Cõſtitutionis prima parte, quæ teſtium probationem in eo caſu reijcere videtur, in quo nihil ſcriptum eſt. Cùm enim in iſtis Epiſtolarum caſibus, iam aliquid ſcriptum appareat, & ideo contra ſcribentem aliqua iam ſit tacita ꝓbatio, meritò excipiendos eſſe hos caſus à rigore ſuperioris partis Legis iſtius, Princeps cenſuit. Aliæ quoque ſunt Epiſtolæ, quæ cõmendátitiæ tantùm dicuntur, quarum meminit aliquando Iuſtinianus:[o] ex quibus nulla ſolet oriri obligatio. Vidi tamen quandoque dubitari, de certis Literis commendatitijs, cuidam

[l] L. Emptor. §. Lucius ff. de pact. L. Creditor. §. Lucius. Mād. L. Lucius Titius. ff. de donationib.

[m] L. Imperatores. ff. de probat. l. Labeo. ff de pact l. 1. de procuratorib. ff.

[n] L. Naturalis. de praeſcript. verb. ff. l. Ex placito. C. de rer. permut. L. 1. ff. eodem.

[o] In L. fin. C. quod cum eo. &c.

Ciuitatis huius Pictauenſis incolæ, reſcriptis à quodam patre, pro filio ſuo, quem ad hanc Ciuitatem, ſtudiorum gratia, mittebat: quæ his ferè verbis conceptæ erant: *Mitto filium meum, ſtudiorum gratia, quæſo, vt eum curæ habeas, quem tibi commendo, pro amicitia iampridem inter nos inita.* Cùm enim Ciuis ille, nonnihil pro Scholari filio impendiſſet, quod arbitrabatur ei fuiſſe neceſſarium, vtpote, pro quibuſdam libris, & veſtimentis: deceſſit pater, vxore ſuperſtite, quæ tutor filij conſtituta, has ſtudiorum cauſa factas impenſas, Ciui, ex Epiſtola agenti, denegauit, nullumque ex tali Epiſtola mandatum obligatorium elici poſſe ſuſtinuit: Ciuis autem, pecuniam in cauſam neceſſitatis impenſam fuiſſe pro filio dixit, atq; ideo Epiſtola etiam ceſſante, pecuniam repeti poſſe: cùm ſit hic vnus ex quinque caſibus, pro quibus, in patrem, de impenſis pro filio, agi poſſet, nonobſtante Macedoniano. p Et ita reſponſum fuit à noſtris Conſultoribus veteranis, quomodo & iudicatum fuiſſe audiui. In his igitur commendatitijs Epiſtolis, ſi quid ex neceſſitate & conſequentia commendationis, factum fuiſſe allegetur, Iudicantis erit arbitrium, huiuſmodi factum admittere, & teſtium probationem recipere. Quod facilè dijudicabit ex coniunctione perſonarum, neceſſitate impenſarum pecuniarum, aliiſve circunſtantijs, quibus æquitas illius ſuaderi poterit ad recipiendam teſtium probationem, ſuper ipſis Literis commendatorijs, nonobſtante huius Legis priori parte, vt iam dictum eſt.

p L. Zenodorus. C. Ad Macedon. & L. Macedoniani. eodem.

Quid de

Quid de ſcripturis priuatis, nullam cauſam habentibus?

CAPVT TERTIVM.

QVAESTIO ſecunda, quæ in hanc poſteriorem Legis partem ſæpè occurrit, eſt de ſcriptura priuata, nullam cauſam habẽte, vt multoties viſum eſt ita ſcribi: *Ego Caius, fateor me debere Titio aureos centum, quos ſoluere, cùm voluerit, promitto:* certum eſt enim talem confeſſionem omnimodo nudam eſſe, cùm nullam habeat cauſam expreſſam.[a] Et hæc videtur vera pacti nudi diffinitio, quicquid inter Doctores & Gloſſatores tamdiu diſputatum fuerit. Vlpianus[b] enim, pactionem, cui nulla ſubeſt cauſa, nudam appellat, nullamq́; ex ea actionem concedit: & idcirco ſæpe vidi contra huiuſmodi ſcripta priuata, excipi in Iudicio, de nullitate, propter non expreſſam cauſam: atque ob id, nonnulli reſcripto reſtitutorio vti ſolent, vt talis confeſſio annulletur, tanquam ſine cauſa & indebitè ſcripta.[c] In his ergo caſibus, nunquid creditor cauſam quæ deficit, & ſcripta non eſt, teſtibus probare poterit? Puto quòd ſic, ex diſpoſitione Conſtitutionis iſtius: qua cautum eſt, priuatis ſcripturis Principem præiudicare non velle, adeo vt, ipſis priuatis ſcriptis vti poſſint creditores, & ea, ſi denegentur, teſtibus probare, vt ſupra diſputauimus. Eadem ergo ratione, cùm in Chirographo manuſcripto, per incuriam fortè, aut obliuionnem, aut

a L. 1. ff. de condict. ſine cauſ.

b L. Iuriſgentium. §. Sed cum nulla. §. quinimo. §. alleo. ff de pact. L. Petẽs. C. eod. l. Pacta conuenta. ff. de contrah. emp.

c L. Cum & ſoluta. C. de cõdic. ind.

ineptiam ſcribentis, omiſſa eſt cauſa, vt ſæpè fit inter Mercatores nonnullos, ruſticos & ineptos, iniquiſſimum putarem, cùm de ſcripto iam conſtet, quod, non leuem præ ſe fert præſumptionem, ſi cauſæ allegatio & probatio denegaretur: maximè, ſi aliqua ſit inter ſcribentes conuerſatio, & negotiatio, vt inter Mercatores, ſocios, cohæredes, familiares, & alios, quibuſcum negotiari conſuetum eſt, [d] & id videtur ſentire Paulus: [e] quod & Iure Canonico [f] certiſſimum eſt. Superiores autem circumſtantiæ, pro Iudicantis arbitrio diligentiùs conſiderari poterunt. Idem iudicandum eſt, in alia quæſtione, quæ à præcedenti pendet, ſi nempe is qui ex chirographo, cauſam non habente, ſoluit, tanquàm indebitam hanc pecuniam repetere contendat, vt videtur Iure cautum: [g] nam cùm nuda, diceret actor, fuerit in hoc caſu promiſſio, & ex qua nulla erat actio, imò condicenda obligatio, [h] indebita ergo fuit ſolutio: Sed quia reus excipere poſſet, quòd quamuis nuda ſit pactio, & ad agendum inefficax videatur, ad excipiendum tamen eam pro ſe vtilem eſſe: [i] atq; ita, cùm ipſe reus, ex ea obligatione non cauſata, pecuniam receperit, contra prætenſam repetitionem, legitimam ſibi competere exceptionem, niſi euidens ignorantia ſoluentis probetur, quæreret forſan aliquis, an cauſa debiti, teſtibus probari poſſit, & cuius ſit probatio? vtrum rei, cauſam allegantis, an actoris, ignorantiam & errorem ſeu iniuſtam cauſam aſſeuerantis, an vtriuſq;? Quo ad primum, iam dictum eſt, cauſam in obligationibus deficientem, te-

d vt not. in L. Si quis ex argentariis. § Rationem. ff. de edend.

e In l. Cum de indebito ff de probat.

f In cap. Si cautio. vbi Canoniſta. extr. de fid. inſtrument.

g L. Cum & ſoluta. iunct. gloſſ. C. de condict. indeb.

h L. 1. ff. de condict. ſine cauſ.

i L. Iuriſgentium. §. adeo. ff. de pact. l. Pacta conuenta. ff. de cont. empt.

ſtibus probari poſſe. Quo ad ſecundum, puto quòd vtriſq; incumbat probatio, non autem ſoli reo, qui in hoc caſu, bina præſumptione fultus eſt: Prima, quòd iam ſcriptura ſubſignata penès ſe reperta fuerit: Altera, quòd quamuis cauſata non eſſet, tamen ſpontanea ſolutione firmata ſit, atq; ita iterata adſit recognitio, & confeſſio, ex qua debitum, vel obligationem, nec facilitate, nec leuitate, nec errore factam fuiſſe Iure præſumitur.[k] Hoc etiam addito, quòd cùm liberali animo, huiuſcemodi debitum ſoluerit debitor, cauſam donandi ſeu liberalitatem exercendi habuiſſe videtur, cùm nullo Iure cogente id fecerit,[l] maximè, ſi coniunctæ perſonæ ſint, aut alio affectionis, aut neceſſitudinis vinculo ſibi inuicem deuinctæ,[m] vt pater & filius, proximi parentes, ſocij, & amici non leui notitia cõiuncti, vt loquitur Paulus,[n] alijq; ſimiles. Item cauſa ſufficiens forſan præſumetur inter Mercatores, ſimul negotiari conſuetos, in certo genere negotiationis, vt inter artifices ſimul habitantes, aut ſeorſum, ad mutuam tamen eiuſdem mercaturæ negotiationem. In his enim facilè conijcitur tales Chirographos, cauſa nudos, tantum fauorem ex cõmuni artificio habere, vt ad cauſam inter eos proximam,[o] magis quàm ad nullitatem, facti eſſe cenſeantur, vt docent Bartol. & Bald.[p] Et idem in fratribus commilitonibus,[q] ob chariorem inter eos amicitiam. Ex his ergo, in hac propoſita quæſtione, ſequitur, actorem de pecunia repetenda certantem, probatione oneratum eſſe, quòd errore, vel ignorantia, vel ſine cauſa ſoluta

k L. Si mulier. 2. C. Ad Vellean. L. vnic. C. de plus petition. l. In contractibus. §. 1. iunct. gloſſ. C de non num. pecun. l. Cum notiſſimi. §. Sed & ſi quis C. de præſc. 30. vel 40. an.

l Vulgat. L. Campanus ff. de oper. libertor. l. Sed etſi §. final. ff. Si quis cautionib.

m L. Affectionis. ff. de donationib. l. 1 ff de tutel. & ratio. diſt.

n In l. Lata §. Amicos. ff. de verb. ſign.

o arg. L. Socium. §. fin. ff pro ſoc.

p In ſuis tractatib. de duob. fratrib.

q not. in l. Cum allegas. C. de caſtr. pecul.

fuerit, idq; teſtibus eum probare poſſe, ſupradictis rationibus: quod ſi nihil omnino probauerit, putarem reum abſoluendum, tanquam in dubio fauorabiliorem:[r] & quia in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis.[s]

Quid de inſtrumento per Notarios extra territorium recepto, à partibus tamen ſubſignato?

CAPVT QVARTVM.

TERTIA quæſtio eſt, de inſtrumento obligatorio, per Notarios extra territorium confecto, manu tamen debitoris ſubſignato: nam certum eſt, tale inſtrumentum nullam publicam fidem habere, cùm Tabelliones, extra territorium, omnino priuati cenſeantur, ſicut & Iudices:[a] Nunquid ergo ex tali ſcripto, tanquam chirographo priuato, creditor vti poterit in debitorem? hoc modo: Peto à Titio, vt ſignum ſuum agnoſcat, tali inſtrumento appoſitum, quo faſſus eſt, ſe mihi debere centum, eiq; hoc nomine ſubſcripſit, vt agnitione facta, ſoluere cõpellatur. Puto quod hæc actio inepta non eſſet, non quidem virtute & authoritate Notariorum, ſed virtute ſolius ſubſcriptionis, factæ per debitorem, cuius agnitionem denegare, viro probo indignum erit, & quam denegatam teſtibus probare conceditur, etiamſi de ſumma centum libras excedente agatur: Imo ipſi Notarij tanquam priuati, & ad illud negotium rogati,[b] teſtes, & digniores, ſi nihil ſuſpecti in

r L. Arrianus. ff de act. & oblig. L. Fauorabiliores. de Reg. Iur.

s L. 2. C. de condict. ob turp. cauſ. L. Ex qua C. de donatio. ante nupt.

a L. Extra territorium. ff de Iuriſd. omn. Iudic.

b arg. authent. Rogati C. de teſtib.

eos obijciatur, ritè in teſtimonium adhiberi poterunt, probatoq; ab eis ſigno, condemnationi locus erit: cùm nulla ſit diuerſitatis ratio, inter ſignum, ſimplici chirographo appoſitum, & ſignum, inſtrumento, quod publicum putabatur, ſubſcriptum, & per conſequens idem ius ſtatuendum ſit:[c] Nam actio ex ſimplici ſigno ſeu ſubſcriptione debitoris datur, cùm nulla inueniri poſſit probationis ſpecies, in illis priuatis ſcriptis, præter ſignaculum, propria manu ſcriptum: quod procedit etiamſi non adfuerint huic chirographo tres teſtes, vt deſiderabat antiqua Iuſtiniani ſanctio,[d] ſiue etiam quinque, qui ex Nouella requirebantur.[e] His etenim Conſtitutionibus Gallia noſtra non vtitur, ſed ex ſolo ſigno recognito, vel probato, debiti obligationem admittit. Cùm ergo pendeat actio à ſola ſubſcriptione, idem debet operari ſignum inſtrumento, quod publicum putabatur, ſubſcriptum, quod operatur ſignum, ſimplici ſcripto appoſitum. Nec verò obijci poteſt nullitas, quæ ineſt inſtrumento, reſpectu Notariorum, nam hæc nullitas, veritati ſubſcriptionis priuatæ non præiudicat, quominùs ex ea ſola agi poſſit, tanquam ex priuata ſcriptura ſubſcripta, cùm eadem ſubſit ratio & veritas, vtileq; per inutile vitiari non ſoleat,[f] maximè in contractibus & licitis pactionibus: & ita vidi aliquando practicari & conſului.

c L. 2. §. 1. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin. vulg. l. Illud. ff. ad Leg. Aquil.

d L. Super chirographarijs. C. ſi cert. petat.

e Auth. Sed nouo Iure. eod & in auth. de inſt. cautel. et fid. §. Oportet. coll. 6.

f L. Certi condictio. §. Quoniam. ff. Si cert. pet. l. 1. in fin. ff. de verb. oblig.

De verificatione Chirographorum, & quomodo fiat.

CAPVT QVINTVM

QVOMODO autem debeat verificari ſignum in chirographis, ſeu ἰδιόχειροις, vt loquitur Leo Imperator,[a] vel in inſtrumentis publicis appoſitum, bonis pragmaticis non eſt ignotum: nam altero de tribus modis, per teſtes fieri debet. Aut enim aſſerunt teſtes, ſe præſentes fuiſſe, cùm chirographus vel contractus conderetur, & ſubſignaretur, & aiunt ſe vidiſſe ſignum vel ſubſcriptionem fieri propria manu illius, de cuius ſignaculo quæritur. Et tunc huiuſmodi probatio erit indubitata, tanquàm ocularis, & præſentia teſtium firmata, & alia teſtationis ratione non indigens, cùm in ſolo ſenſu corporali conſiſtat, ſecundùm Accurt. & Doctores,[b] ideoq; huiuſmodi depoſitio per ſe ſatis clara, literarum comparatione non indiget.[c] Aut dicunt teſtes, ſe non quidem vidiſſe ſcribi, aut ſignari, ſed affirmant ſibi planè cognitum eſſe ſignaculum defuncti, aut illius de quo quæritur, vt quia viderunt eum ſæpè ſæpiùs ſignantem, & ſubſcribentem, & forſitan cum eo aliquando conſignauerunt, vt faciunt Contabelliones: & propterea teſtantur ſignum controuerſum, manu illius factum eſſe, quia eiſdem ſemper vſus eſt figuris & characteribus, quib⁹ factum eſt ſignum, de quo agitur. Hæc enim teſtificatio concludere videtur, ſecundùm Bartolum,[d] Bald. Paul. & Alberic.[e] Satiùs

a In l. Scripturae. C. qui potior.

b In L. Solam. C. de teſtib.

c Vt not. per Accurt. in Authen. Sed nouo iure. C. ſi cert. petat. & per text. in §. Oportet. in authen. de inſtrum caut. & fid. coll. 6.

d In L. Cõparationes. C. de fid. inſtr.

e dict. L. Cõparationes.

tamen fecerint Iudices, ſi huic probationi, tertium modum verificandi adijciant, ſcilicet comparationem literarum: quæ comparatio, non teſtibus, qui viderint ſcribi, fieri ſolet, vt ſuperioribus caſibus, ſed artis ſcriptoriæ peritis, & expertis, ad hanc rem cõuocatis,[f] ac iuratis, facienda erit ſcripturarum, de quibus quæſtio eſt, inſpectio, & inter eos, ſecundùm eorum artem, dijudicatio, an ſimile ſit ſignum, & ijſdem literis & characteribus factum, quib⁹ ſunt ſignacula ad comparationem producta, & de quibus inter partes conuenit, & vtrum notorium ſit hæc eſſe ſigna eius, qui priùs ea denegauit. Non enim omnino Iuſtiniani Nouellas[g] ſequimur, quæ volebant, nonniſi ex inſtrumentis ab archiuo publico depromptis, vel ex chirographis priuatis, trium teſtium ſubſcriptionem habentibus, comparationem fieri poſſe, vt ei fides haberetur: ſed ſufficit quod litigantes conueniant de ſignis vel inſtrumentis, ex quibus fieri debet comparatio, & cõſentiant, ea quæ, in lite, ſunt ad comparationem exhibita ſcripta fuiſſe manu eius qui ſignaculum denegauit, cuiuſcumq; ea ſint generis, ſecundum Baldum:[h] vel partibus in id non conſentientibus, ſi de illis inſtrumentis facta ſit notorietas, aut ſigilli publici appenſione,[i] aut alia probatione: ſecus enim, manca erit comparatio, & ignotiorum collatione, minus nota manebit ſcriptura controuerſa, quod cauere debent Iudices.[k] Et quia omnia quæ ad comparationes exiguntur, adamuſſim tractauit Baldus,[l] vlterius non inſiſto. Aliam tamen quæſtionem, in qua multi falluntur, non

f L. Semel de re mil. lib. 12. C. §. Quod autem. in authent. de non alienand. reb. Eccleſia. coll. 1. & l. 1. ff. de vent. inſp.

g Auth. Ad hæc. & auth. At ſi contractus. C. de fid. inſtrument.

h In L. Cõparationes. C. de fid. inſtr.

i cap. Cum P. Tabellio. extr. de fid. inſtrum.

K In auth. de teſtib. §. ſi verò ignoti. coll. 7.

l In d. L. Comparationes. quæſt. 6. num. 17.

omittam,an ſcilicet ſola comparatio,plenam faciat probationem? Nam, cum deficiant duæ priores verificationes, nempe teſtium oculatorum, pro ſigno, de quo quæritur, & teſtium, qui ſimiliter ſcribere denegantem viderunt, exiſtimauerunt nõnulli homines eruditi, comparationem eo caſu, ſufficientem habere probationem. In quo tamen, ita diſtinguendum eſſe puto: Aut enim agitur de inſtrumento publico, & publicam formam, ſeu figuram præ ſe ferente, vt quia ſigillum habet Authenticum: aut nomen ſubſcribentis, vel ſubſcribentium, notorium eſt in Prouincia, aut in ciuitate, in qua fit comparatio: & tunc, propter publicam fidem aliorum inſtrumentorum, quorum eadem figura iam proſtat, in inſtrumento de quo quæritur, peritorum iudicium, plenam facit probationem: Si verò agatur de ſimplici chirographo, & ſimplici ſcriptura priuata, ſola comparatio non plenè probat, ſi non alijs iuuetur adminiculis, ex eo quòd, fallax eſt comparatio, propter diuerſitatem ſcribendi, quæ, tempore, ætate, morbo, valetudine, alijſq; accidentibus, vt plurimùm, variari ſolet.[m] Et hæc eſt pulchra reſolutio, omnium ferè ſcribentium, & maximè Accurtij,[n] Bartoli, Baldi, Pauli de Caſtro, & Alberici.[o] Sicq; iudicando & conſulendo, vidi obſeruari.

[m] *In auth. de inſtr. caut. & fid.*

[n] *In auth. At ſi contractus. ad verb. Soli. C. de fid. inſtrum.*

[o] *In L. Cõparationes. C. eodem.*

Quid de cautione per errorem ſubſcripta?

CAPVT SEXTVM.

QVARTA quæſtio eſt, de chirographo per errorem ſubſcripto, quando ſcilicet ſubſcribens, putans pro vna cauſa ſubſcribere, pro alia, fidem alteri⁹ ſequutus, ſubſcripſit, non legens fortaſſe chirographum,[a] vtrum errorem ſuum teſtibus probare ei liceat? Hoc dubium iam à nobis videtur diſcuſſum ſuperius, in quæſtione ſimulatorum contractuum: Quo loco diſtinximus contractus, per errorem Iuris aut facti ſubſcriptos, ab alijs contractibus vel pactionibus, quæ ante, vel poſt, aut præter contractum adiectæ & non ſcriptæ contenduntur, & quibus caſibus poſſit fieri teſtium probatio, nonobſtante hac Conſtitutione, latè diſſeruimus. Itaq; cùm hæc omnia, meo quidem iudicio, locum habeant in ſubſcriptionibus chirographorum, & priuatarum cautionum, propter eandem æquitatis rationem,[b] ideo quæ pro contractibus ſolemniter receptis diximus, & diſtinximus, hic repetenda non eſſe arbitror. Vnum tamen addendum puto, quod forſan non ſatis tactum videri poſſet, ſcilicet de diuerſo partium conſenſu in ſubſcribendo: vtpote, Caius locationem facere Titio intendebat, Titius autem ſibi donari gratis exiſtimabat, & ideo donationis inſtrumentum protulit Caio, qui, putans locationem eſſe, huic inſtrumento, non lecto, ſubſcripſit. Certum eſt huiuſmodi

[a] *vt in L. final. C. Plus val. r. quod agit.*

[b] L. Illud *ff.* Ad L. Aq.

actum, neque donationem, neque locationem eſſe, propter diuerſum, diſſonum, & erroneum partium conſenſum, vt multis Legibus deciſum eſt. [c] Ideoq; ſi caſus ille contigerit, & conueniant partes ſe diſſonum conſenſum habuiſſe, quia vna locationem putabat, altera donationem, clara erit deciſio : nam nihil penitùs actum fuiſſe, dijudicabitur, propter mutuum errorem. [d] Sed nunquid error iſte, ſeu erronea ſubſcriptio, inſtrumento publico, vel ſimplici, appoſita, ſi ab vna partium denegetur, teſtibus probari poterit? Vtpote, cùm chirographus vel inſtrumentum habeat ſcriptam donationem, pars autem aduerſa locationem tantùm fuiſſe contendat, ideoque donationem errore appoſitam aſſeueret: quæritur vtrum teſtibus probare id liceat?

Hæc quæſtio diſputatione non caret: Si enim inſtrumentum ſolemniter confectum ſit, quî fieri poterit, vt contra authenticum inſtrumentum probatio per teſtes admittatur? Nam quamuis Petrus, Cynus, & poſt eos Bartolus, latè diſſeruerint, quòd teſtes inſtrumentum ſubuertere poſſint, [e] non video tamen, illud via Ciuili tentari poſſe. Nam ex communi huius Regni vſu forenſi, nunquam ſolitum fuit contra authenticum inſtrumentum ex diametro probationem recipere, niſi per viam falſi, idque criminaliter, & inſcriptione præpoſita, [f] non autem ſimplici via Ciuili, vt Iure ſcripto licebat: [g] Quod non ſine maxima ratione & æquitate inter nos ſemper vſurpatum eſt: cùm alioqui nulla eſſet contractuum authenticorum ſecuritas, ſi contra eorum tenorem,

c l. In venditionibus. ff. de cōtr. empt. l. Empti fides C. eod. l. cum Aquiliana. ff. de tranſact. l. Nec ignorans. C. de donation.

d L. final. C. plus valer. quod agit.

e In L. In exercendis. C de fid. inſtr.

f L. Libellorum. ff. de accuſ. & inſcript. l. vbi. C. de falſ.

g L. Damnus licentiam. L. Si docueris. l. Si lis. C. de falſ.

teſtibus pugnare liceret, actione Ciuili: at verò per inſcriptionem falſi, nemini dubium eſt, quin liceat falſitatem teſtibus probare, cùm tunc de crimine agatur. Itaque diſtinguendum puto circa hunc articulum, hoc modo: Aut enim agitur de probatione facienda contra inſtrumentum authenticum, aut contra chirographum priuatum: Primo caſu, iterum ſubdiſtinguendum eſt: nam, aut cōtra authenticum contractum, allegatur factum, non erroneum ſimpliciter (error nempe potiùs diſſenſus quàm falſitas dicitur)[h] ſed factum ex diametro contrarium, & ſic euidenter falſum prætenditur: quo caſu nonniſi via falſi, per inſcriptionem & accuſationem, recipi vſquam poteſt teſtium probatio, ne perpetuò anceps, dubia, & incerta ſit inſtrumentorum publica fides: vt ſuperiori anno vidi diſputari, de quodam contractu, celebrato inter quemdam Nobilem, vna ex parte, & viduam quamdam, ex altera: Nobilis enim vendiderat, & ſuper omnibus ſuis bonis conſtituerat quinquaginta aureos annui reditus, perpetuò redemptiui, pro ſexcentis aureis, realiter & in præſentia Tabellionum numeratis, & per Nobilem, tunc, manualiter receptis: (hæc enim ſunt verba contractus, quibus naturalis actus numerationis, omnem non numeratæ pecuniæ exceptionem excludit.)[i] Paulò poſt deceſſit iſte Nobilis debitor, deceſſit & ipſa vidua creditrix, cuius hæredes à debitoris hæredibus annuum reditum petunt: obijciunt debitoris hæredes, contractum fœneratitium eſſe, & reprobatum, eò quòd multoties, ante

[h] L. 1. L. Error. ff. de Iur. & fact. ignor. l. Nec exemplum. C. de falſ.

[i] In L. Cum fidem. C. de non num. pec.

contractum, vidua, & eius maritus, vir togatus, & non mercator (quod eſt notandum) Nobili pecuniam mutuaſſent, quotanniſq; ex mutuo, fœnus ſeu intereſſe exegiſſent : & cùm tempore contractus prædicti, mutua hæc ſoluta non eſſent, adhucque fœnoris reliquiæ reſtarent, vidua reliquias fœnoris cum mutuatis quantitatibus cumulans, vnica ſumma compoſita, ſupradictam reditus annui conſtitutionem à debitore extorſiſſet, ideoq; excipiebant hæredes, eum anatociſmum improbum [k] contraxiſſe, id eſt, vſurarum vſuras in ſortem computaſſe: de quibus latè Molinæus. [l] Prætereà, exhibebant nonnulla chirographa, quibuſdam temporibus ante dictum contractum cancellata: & idcirco petebant, contractum hunc reſcindi, idq; ſolùm exigi, quod verè mutuatum eſſet, nonobſtante reali numeratione, in contractu ſcripta, quam fictitiam & ſimulatam, ſeu imaginariam, dicebant. Ex aduerſo viduæ hæredes, contractum ex veris factum, & reali numeratione celebratum, tuebantur, & ita fictitium ſeu imaginarium dici non poſſe, cùm pretium realiter numeratum, naturaliter acceſsiſſet, vt infert Vlpianus. [m] Nec obſtabat, inquiebant illi, quod anterioribus temporibus, vidua, vel eius maritus dum viueret, Nobili, cuius amici erant, ſæpenumerò pecuniam mutuaſſent, cùm hæc pecunia omnis exſoluta præſumeretur: nouiſſimè autem Nobilis, p reb' ſuis, pecuniam deſiderans, & nolens iterùm à vidua accipere, niſi conſtituto reditu annuo legitimo, huiuſmodi cõtractum celebraſſet, reali numeratione in conſpectu

[k] L. Improbum. C ex quib. cauſ. infam. irreg.

[l] In Tract. vſur. num. 44

[m] In l. Imaginaria. ff. de Reg. Iur.

conſpectu Tabellionum facta, ideoq; anteriora mutua, ſimulationis argumenta non eſſe, cùm de his amplius non quæreretur: atque ita, nonniſi per falſi accuſationem, contractum ſubuerti poſſe, cùm fictionis & ſimulationis factum ex diametro contrarium ſit facto numerationis realiter factæ: quomodo & iudicandum putarem, duplici ratione: vna, iam aſſignata, quòd ſimulatio, cum rei veritate conquieſcere non poſſit, in eodem ſubiecto: [n] nam dici non poteſt, pretium manualiter & oculariter numeratum fuiſſe, & tamen non fuiſſe numeratum, quia hæc ſunt, ex diametro, oppoſita, & incompatibilia. Altera, quòd ſimulatum & falſum, ſint longè diuerſa: nam ſimulatum dicitur, quod vno modo ſcribitur, & altero cogitatur, vt videre eſt in eo qui donat, animo vendendi, vtrumq; enim eſt compatibile, cùm ſcripta eſſe poſſit donatio, & cogitata venditio. [o] Sed ſiquis vellet dicere, ſe pecuniam, quam realiter accepit, non accepiſſe, hæc omnimodo eſſent oppoſita, vt iam dictum eſt, atq; ita ſimplici ſimulatione deſtrui non poſſent: nempe ſimulatio, eſt præter contractum, aut extra, veritatis tantùm vmbram ſeu imaginem habens: [p] at realis veritas, contractui ita inhæret, vt deſtrui nunquam poſſe videatur, niſi per contrariam falſi accuſationem, maximè, vſu noſtro Gallico, ſupra allegato, quo, nonniſi per accuſationem & inſcriptionem, aduerſus contractum, ex diametro agere licere dictum eſt, nimirùm id quod falſum eſt, ſimpliciter, ſimulata veritas dici non poteſt, cùm veritas & ſimulatio ſimul ſtare non poſſint, [q] vt

[n] L. Nuda ff. de cõtrah. empt.

[o] L. Empti fides. C. eod.

[p] Notat. in L. Emptione. C. plus val. quod ag quã quod ſim. &c L. Si is qui pro emptore. ff. de vſucap.

[q] L. Contractus. ff. de act. & oblig. l. Imaginaria ff. de Reg. iur.

prædixi. Vnum tamen caſum ab hac deciſione excipiendum putarem, in quæſtione mihi aliquando propoſita, quando ſcilicet realis numeratio, reuera facta eſt, vt apparet ex contractu, ſed tamen antea conuentum eſt inter partes, ſimulatè contrahentes, quòd pecuniam quidèm præſente Tabellione numerarent, ſed remotis poſtea Tabellione & teſtibus, pecunia, breui manu, repoſceretur: & ita pecuniam antea realiter numeratam, breui momento reſtitueret, qui acceperat, vt hoc modo contractus fœneratitius, reali numeratione pecuniæ, poſtea tamen reſtituendæ, velaretur. Arbitror enim factum iſtud recipi debere, & hoc caſu teſtium probationem admitti, via Ciuili, & per ſimulationis exceptionem, cùm non ſit diametricè contra contractum, ſed præter, & poſt contractum: & quamuis maneat numerationis veritas, tamen alia ſimulationis conuentione illuditur. Neq; verò eſt inconueniens vnum factum verum manere, & aliud fictitium eſſe, [r] quia tametſi eiuſmodi conuentio de exhibenda pecunia, & poſtea repoſcenda, ſit pactio, doli tamen & criminis ſpeciem habet, cùm ex ea fœnus illicitum velari contendatur.

[r] L. Quod autem. §. Si vxor. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Aut verò contra inſtrumentum allegatur, non falſitas propriè, ex diametro, ſed fictio & ſimulatio inter contrahentes facta, ex certa alia cauſa, inter eos non ſcripta, [s] & tunc ſi fraudis dolíve præſumptionem habeat, puto allegari & probari poſſe teſtibus, vt in omnibus contractibus ſola confeſſione celebratis, & non reali numeratione: [t] nam ſuper his

[s] L. 1. C. plus val. quod agit. quàm quod. &c.

[t] L. 1. & L. Si ex cautione. C. de non numer. pec.

confeſſionibus, de recepto factis, ſæpenumero celebrantur conſtitutiones redituum annuorum, quæ nonnihil nullitatis iam præ ſe ferunt, ſecundùm Legem Canonicam, [y] quæ vult has conſtitutiones redituum, nonniſi præſenti pecunia fieri: talis enim confeſſio ſemper fuit ſuſpecta inter creditorem & debitorem, cùm debitor, neceſſitate coactus, ſeipſum ferè venderet, vt opem à duro creditore impetraret: maximè verò, reſpectu Mercatorum, ſuſpectæ ſunt eiuſmodi confeſſiones, qui ſolent merces ſuas Nobilibus credere, & ob dilatam ſolutionem, charius vendere, intereſſe, vtplurimùm, adiecto, & cùm die præſcripta non ſoluitur, alias confeſſiones exigunt à debitoribus, quibus, computatione inter eos facta, cōfitentur ſe maximam ſummam debere, cuius bona pars, vſuras vſurarum redolet, vt ſæpè iudicatum fuit à bonis Iudicibus, & nuper ſupremi Senatus Arreſto, diſcuſſæ fuerunt plures obligationes de confeſſo, inter quemdam Nobilem, ex vna parte, & quemdam ditiſſimum huiuſce vrbis Mercatorem, ex altera: Quo Arreſto, Curia ſubtiliter diſtinxit & dijudicauit, ex diuerſis & repetitis confeſſionibus, ſummas principales: intereſſe ad legitimum modum, pro ſua æquitate, reducens, ſecundùm antiquarum Legum ſanctionem, [x] ex qualitate perſonarum, negotiorum, & iteratis confeſſionibus. Ex his enim, ſimulationes dijudicari, & teſtibus probari poſſe, ſi denegentur, non dubito, propter præſumptum fœnus illicitum, maximè quādo ſunt prohibitæ vel ſuſpectæ perſonæ, vel odioſa, contrahen-

[y] *In extrauag. Regimini. extr. de emp. & vend.*

[x] *L. Si ea pactione. L. Cum non firmentum. C. de vſur.*

di, ſeu diſponendi, forma.[y] Et hæc pro inſtrumentis authenticis dicta ſint.

Aut verò agitur de Chirographis, & priuatis cautionibus, quibus per errorem ſubſcriptum eſt, ex vna cauſa, cùm alia putaretur: Et tunc error iſte qui cōſenſum impedit,[z] teſtib⁹ probari poterit, præſertim ſi ex dolo & circumuentione partis, practicata fuerit hæc ſubſcriptio, ex generali regula, quam in toto hoc tractatu tenuimus: quia ſcilicet dolum & machinationem, in contractus ſcriptos, arguere, & teſtibus comprobare permiſſum ſit, nonobſtante hac Conſtitutione, rationibus ſupra poſitis. Idem quoq; dicendum, ſi ſubſcriptio, non quidèm dolo partis, ſed Iuris vel facti ignorantia, aut errore perſpicuo, appoſita fuerit, ab illis potiſſimùm perſonis, quibus Iuris ignorantia non nocet,[a] aut ab alijs quibus error facti tolerabilis, non imputatur, cùm hic à Lege excuſari ſoleat, vt plurima ſunt in Iure exempla:[b] nam in his omnibus caſibus, contra ſubſcriptum Chirographum, vel priuatam cautionem, cuiuſcumq; generis fuerit, dolum vel errorem, aut ignorantiam allegari, ac teſtibus probari poſſe putarem, etiam citra falſi inſcriptionem, cùm nullius publicæ authoritatis priuilegio muniantur hæ cautiones priuatæ: & idcirco earum fides priuata, non tam arcta eſt & neceſſaria, vt teſtibus, in contrarium, conuinci non poſſit: videmus enim quotidiè, priuatas ſubſcriptiones denegari, & teſtibus, hinc, inde, productis, aut comparationibus, etiam ab vtraque parte, factis, huiuſmodi ſigna manualia probari aut reprobari,

y arg. L Cum quis decedens. §. Titia. de leg. 2. & in L. Qui teſtamentum. ff. de prob. In l. Ab Anaſtaſio. l. Per diuerſas. C. mandat.

z L. Si per errorem. ff. de Iuriſd omn. Iud. L. 2. ff. de Iudic.

a L Regula ff. de Iur. & fact. ignor.

b L. 1. l. Si à patre. l. Si per ignorantiam. L. Fideicōmiſſum. C. de cōdict. indeb. l. Error. C. ad L. Falc. l. Cum quis. C. de iu. & fact. ign. l. Sed addes. §. Si quis cum ff. locat.

bari,[c] etiam non interpoſita falſi accuſatione. Concludo igitur cauſas doli, erroris, ignorantiæ, aut alterius iuſtæ exceptionis, in priuatas cautiones, teſtibus contendi poſſe.

c L. Cōtra qui propriam C. de non nu-pecu. L. Comparationes. C de fid. inſtr.

Quid de mutuo Ciuili?

CAPVT SEPTIMVM.

EST iam quærendum de mutuo ciuili, de quo nonnulla ſunt Iuris exempla,[a] & de cautione vnius cauſæ pro alia, quando, & quomodo in cauſas ſcriptas excipere, & teſtib⁹ exceptionem ꝓbare liceat, nonobſtāte hac Regia Cōſtitutione. Exempli gratia, Titi⁹ qui ex certis cauſis, pecuniam debebat Caio, forſan ex negotiorum geſtione,[b] aut ex venditione, aut ex impenſis, vtriuſq; nomine factis, vel cùm non haberet pecuniam, quam Caio mutuaret, lancem argenteam, vel veſtem, vel quid aliud ipſi Caio dedit,[c] vt pignori apud alium creditorem poneret, pecuniamq; ab eo acciperet: deinde Caius inſtrumentum dedit Titio, quo faſſus eſt ſe eidem Titio centum aureos debere, ex cauſa mutui, quod realiter ſibi factum fuiſſe profeſſus eſt, ob id, exceptioni non numeratæ pecuniæ renuncians. Nemo quidèm inficiabitur, iſtud eſſe mutuum ciuile, vel quaſi ciuile, ex vna, vel pluribus cauſis, in cauſam mutui verſis, vt quotidie fit inter Mercatores, qui quamuis pro rebus mercalibus inter ſe negotientur, ſæpè tamen cauſas mercales, in cauſas mutui transferunt. Et hoc

a L. Si ex pretio. l. Si pro mutuo C. Si cert. pet.

b L. Qui negotia. ff. mand.

c L. Rogaſti. ff. Si certū pet. l. Petenti. ff. de pig. action.

quidèm mutuum, quod Ciuile à Bartolo,[d] & noſtris nominatum eſt, non minorem habet authoritatem, quàm Naturale mutuum, cùm ideo naturale vocetur, quia naturali, corporali, & vera numeratione pecuniæ, contractum ſit,[e] & contra quod, pecuniæ non numeratæ exceptio nuſquam allegari poteſt:[f] Mutuum verò, ciuile idcirco appelletur, quòd non reali pecunia, ſed ſimplici confeſſione de recepto confici ſoleat.[g] Sed nuuquid aduerſus mutuum illud ciuile, excipi poterit, nunquam mutuatum fuiſſe, ſed ex alia cauſa cauſatum? & an hæc omnia teſtibus ꝓbare licebit, nonobſtante hac Regia ſanctione? Circa hanc quæſtionem vidi infinita penè iurgia & diſſidia: ideoq; ita diſtinguendum putarem. Aut enim, contra inſtrumentum, habens confeſſionem de mutuo, publicum, aut priuatum, id tantum allegatur, & excipitur, quòd nunquam mutuata fuerit pecunia, ſed quòd fabricatum ſit & compoſitum inſtrumentum ex certis alijs cauſis, inter partes non expreſſis, & cauſam mutui non habentibus: atq; ita, obijcitur, cauſam mutui, inſtrumento appoſitam, falſam eſſe, & per conſequens, ex ea agi non poſſe, cùm mutuum nuſquam fuerit contractum: Et dico hanc exceptionem inualidam eſſe, inſtrumentoq;, in quo confeſſio mutui expreſſè appoſita eſt, non obeſſe, ſi nihil aliud vltrà dicatur:[h] nam hæc mutui confeſſio, tametſi reale mutuum non ſit, tamen eſt ciuile mutuum, Legis authoritate comprobatum.[i] Ideoq; errant Iudices, qui putant, cauſam aliam in mutuum verſam, probandam

d In L. Singularia ff. de reb. cred.

e Vt not. in L. Non omnis. cod. & l. 1. §. Si ſuſſerim. ff. de acq. poſſeß.

f vt not. in l. Generaliter C. de non num. pecun.

g L. Aduerſus. C. eodem

h dict. L. Generalitr. & dict. l. Aduerſus.

i Tot. tit. C. de non nu. pecun. & Inſtit. de liter. oblig.

eſſe, & ex ſola debiti confeſſione non eſſe iudicandum, quomodo iudicatum à quodam fuiſſe ſcio: cùm enim Actor inſtrumentum mutui protuliſſet, & Reus ſibi factum fuiſſe mutuum negaret, Iuramento interpellatus Actor, ingenuè faſſus eſt, pecuniam reuera à ſe numeratam non eſſe, ſed nonnullas alias obligationis cauſas inter hos fuiſſe, quibus in ære Actoris erat Reus, & ex ijs acceptolatis, inſtrumentum mutui confectum eſſe, quamuis ex mutuo nihil prorſus oriretur. Iudex, his auditis, ignorans planè, quid eſſet ciuile mutuum, abſoluit Reum à mutuo, cum expenſis. Nemo quippe non videt, perperam & Iuris errore iudicatum fuiſſe. Singularia enim quædam ſunt præcepta, (inquit Vlpianus)[k] circa pecuniam creditam, vt quod mihi ab alio debetur, tibi in cauſam mutui cedere poſſim, vel quod, ex cauſa mandati debes, id, in cauſam crediti acceptum feras: imò, de ſpecie in ſpeciem, fieri poteſt mutui confeſſio,[l] veluti de vno contractu, in aliam contractus cauſam,[m] mutuum enim Legis fictione dicitur: quæ fictio eiuſdem virtutis eſt cum veritate.[n] Concludo igitur, quod ſi in tale inſtrumentum, ex confeſſione mutui confectum, nihil aliud opponatur, præter quàm, quòd pecunia realiter numerata non fuerit, Reum audiri non debere, & teſtium probationem, pro confirmanda hac pecuniæ non numeratæ exceptione, non eſſe recipiendam: tum quia, hæc negatiua vix coarctari poſſit, & ſic, per rerum naturam, probationem non admittat:[o] tum quia, ad mutui cauſam, non ſit neceſſaria realis pecuniæ numeratio,

k In l. Singularia. ff. de reb. cred. ſi cert. pet.

l L. Eos quod. Cod. ſi cert. pet.

m L. Certi condictio. §. fin. ff. eodem.

n L. Si is qui pro emptore. ff. de vſucapion. b.

o L. Aſſeueratio. C. de non num. pec. l. Actor. C. de probat.

ſed ſufficiat Actori, ſi afferat cauſam aliam, in cauſam mutui verſam eſſe, nec cogi poſſit ad aliarum cauſarum probationem, cùm validum ſit inſtrumētum, [p] niſi de falſo per inſcriptionem impugnetur, [q] vt ſuperiùs tactum eſt. Satius tamen facerent creditores, cauſam vnam in cauſam mutui vertentes, ſi de præcedenti cauſa, nonnihil dicerent, in præfatione inſtrumenti, exprimerentq;, Reum cōſenſiſſe, vt ea pecunia, quæ ex præcedenti cauſa, vel pluribus cauſis debebatur ab eo, in cauſam mutui transferretur per acceptilationem, vt olim fiebat in Aquilianis ſtipulationibus. [r] Nam, hac forma, obuiam iretur multis ambagibus, quæ de his confeſſionibus, ex cauſa mutui factis, quotidiè oboriuntur. Sed tamen quicquid ſit, pro inſtrumento ſemper iudicandum putarem, ſi nihil aliud objiciatur, quàm numerationis realis defectus. Si verò vltrà progrediatur Reus, & opponat, cauſam illam præcedentem, in cauſam mutui verſam, falſam & ſuppoſititiam [s] fuiſſe, vel doloſam, [t] aut deceptiuam, & vſurariam, vel alia circumuentione cōpoſitam, aut ſpe futuræ numerationis factam, quæ non ſequuta fuerit, atq; ita, cùm nulla eſſet vera obligatio, cauſam mutui callidè prætextam fuiſſe, & hoc modo facilitate Rei, Actorem ex falſa, vel nulla cauſa, mutui cauſam extorſiſſe, cuius obligationis annullationem petat ipſe Reus, impetrata à Principe reſtitutione, nemo dubitat, quin Reus audiri debeat, atq; idcirco probare poſſit teſtibus, doloſam fuiſſe cauſam, [v] aut nullam, aut ſuppoſititiam, vel alia machinatione ſeu nullitate laborantem, cùm hæc om-

p L. In contractibus. C. de non nu. pecun.

q L. Si vetèris. C. de fid. inſtr.

r §. Eſt autem. Inſt. quib. mod. toll. obl. L. Aquiliana ſtipulatio. ff. de tranſact.

s L. Si adverſarius. C. de fid. inſtr.

t l. Et elegāter. ff. de dol.

v L. Si dolo. C. de reſ. vend.

nia doli, & criminis ſpeciem referant: quibus probatis, nulla ſubſiſtet cauſa, quæ in mutui cauſam cõuerti potuerit, atque ob id, ſublato primo fundamento, cauſam mutui ſuperædificatam, corrui, erit neceſſe, vulgato Iuris argumento.* Et ita vidi ſemper conſuli, & iudicari.

* L. 1. C. de condict. ob cauſ. dator. & ibi Bald.

Quid de Libris Mercatorum?

CAPVT OCTAVVM.

QVAESTIO ſexta erit, de rationibus Mercatorum, qui Libris ſuis quotidiè ſcribunt, quæ per eos vendita, vel in creditum accepta ſunt: Nunquid ſub hac vltima parte Conſtitutionis, hæ comprehendentur? in illis verbis, *En quoy n'entendons exclurre les preuues des conuentions particulieres, & autres qui ſeront faictes par les parties, ſoubz leurs ſeings, ſeaux, & eſcriptures priuees.* Nemo quippe dubitat, ſub priuatarum ſcripturarum nomine, contineri Mercatorum manu-ſcripta, in Libris mercalibus eorum contenta, cùm hæ rationes ſint priuatæ tantùm, & domeſticæ.[a] Sed quæ fides ex his elici poſſit, & vtrum in debitores probent, aut in probationis ſupplementum, teſtium adminicula requirant, quotidianæ quæſtionis eſt. Nempe, ſi, vt ait Imperator,[b] *Inſtrumenta domeſtica, ſeu priuata teſtatio, ſeu adnotatio, ſi non alijs quoque adminiculis adiuuentur, ad probationem ſola non ſufficiant,* ſequeretur ergo, Libris Mercatorum omnino credendum non eſſe. Quod dubium

a L. Rationes. C. de probat.

b L. Inſtrumenta. C. eod.

vt planè intelligatur, facienda eſt differentia noſtrorum Mercatorum, ab antiquis illis Argentarijs, Trapezitis, & Fœneratoribus, qui publico iure, & publica authoritate menſam nummulariam, ac fœnebrem pecuniam exercebant: de quibus in Iure noſtro ſæpè fit mentio. [c] Videtur enim, quòd hi conficiendorum Librorum authoritatem publicam habebant, [d] & liberum exercitium dandæ fœnebris pecuniæ: quod munus, Argentariam tunc vocabant, [e] nonnullis, & maximè eis qui officia temporalia adminiſtrabant, interdictum. [f] Et quia publica authoritate hæc, tanquam officia, inſtituta videbantur, hac ratione eorum Libris credebatur, editione facta, tam pro, quàm contra ſcribentes: quia eorum Libri, Codices rationum publicarum dicebantur, teſte Scæuola. [g] Publicum autem illud, ante Chriſtianiſmum, fœnoris vel vſurarum exercitium, paulatim, à Chriſtianiſmo correctum eſt, ad modum legitimum, & maximè tempore Conſtantini, [h] vt videre licet tam ex Ciuilibus Legibus, quàm antiquis Canonibus, [i] & tandem omnino abrogatum, licentia tantùm relicta, pecuniam in annuum reditum collocandi, arbitrio conſtituentis extinguendum, prout ex duobus Extrauagantibus Martini quinti, & Calixti tertij, eſt ſatis vulgatum. [k] Secundùm hos igitur nummularios & fœneratores, iudicari non poſſunt, Mercatorum noſtrorum Libri, cùm omnino priuati videâtur. Sed nunquid tamen ex his, Mercator agere poterit? Exempli gratia, Titius, probus & fidelis Mercator, & boni nominis in ciuitate,

c L. Eos. C. Si cert. pet. & l. Principalibus. ff. eod. l. Inſtitoria. C. de Inſtit. act.

d vt not. in l. Si venter ff de priuil. cred l. Quadam. §. penult. in L. Si quis ex argentarijs. §. Prætor ait. ff. de edendo.

e Notat. in l. Ait Prætor ff. eod.

f d. L. Eos C. Si cert. pet.

g In l. Falsa ff. de ſolut. & not. in L. Si hominem. ff. depoſ. per Budæum.

h In L. Eos C. de vſur.

i In Extrauag. Regimini. de empt. & vendit.

K Extrauag. Regimini. 1. & 2. de empt. & ven.

vendidit Caio, vicino ſuo, pro vſu quotidiano, aliáve ex cauſa non expreſſa, pannos laneos, & ſericos, pro centum aureis, de quibus, incautus ille & fidelis Mercator, obligationem vel chirographum ſcriptis non exegit (nam hodie ſagaciores Mercatores, chirographum accipiunt, vel ſubſcribi faciunt Libris ſuis) ſed in Libro quotidiano rerum ſuarum mercalium, inſcripſit minutatim ea, quæ Caio vendiderat: deinde, cùm éſſet Caius ad ſolutionem moroſus, Titiꝰ in eum agit, vt ſoluat, denegat Caius, vel eius hæres, debitum, nunquid Titiꝰ ex Libro ſuo ſatis probabit? Puto quod non, cùm à Caio ſubſcriptum non ſit, nec ab eo recognitum: quia inſtrumentum omnino priuatum, & ratio domeſtica, proferenti ex domo ſua, non proſit, præfata Iuris Theorica.[l] Sed quid ſi Mercator dicat ſe teſtes habere, quibus probet Caium, ſolitum eſſe, veſtimenta alia mercalia, pro vſu ſuo, ab eo accipere, & mercari, & ſæpè in creditum cum Titio iuiſſe, vel quibus oſtendat Caium veſtimenta ex pannis à Titio datis, diu geſtaſſe, aliaq; ſimilia, Librum mercalem confirmantia. Nunquid hæc indicia teſtibus probare licebit? nonobſtante hac Regia Cõſtitutione. Ego ita diſtinguendum exiſtimarem. Nam, aut agitur de iuratis Mercatoribus, & inter probos & bonæ famæ homines in Ciuitate iurata morantibus, cõtinuòq; mercalem negotiationem exercentibꝰ, & tunc non eſt dubium, talium Mercatorum Libros, bonam præſumptionem habere, imo ſemiplenam probationem facere, vt inquit Bartol.[m] poſt Accurtium,[n] quæ

[l] L. Exemplo. C. de prob. L. Rationes. eod.

[m] L. Nuda ratio. num. 8. ff. de donat.

[n] In l. Admonendi. in verb. exacto iureiurando. ff. de Iureiur.

præſumptio vel ſemiplena probatio,ſuppleri poteſt per teſtes,qui de indicijs ſupradictis teſtificari poterunt, nonobſtante hac Regia Conſtitutione, cùm iam conſtet de ſcriptura, quæ tametſi priuata ſit, nonnullam tamen habet Iuris præſumptionem: ideoque de hac loqui videtur hæc Conſtitutio,cùm de ſcripturis priuatis facit mentionem. Idem dicendum,ſi mortuus fuerit Mercator,& eius Libri ordine ſcripti, in eius officina reperiantur, & ſcriptura recognoſcatur, vel approbetur. Quibus omnibus indicijs poteſt etiam addi Iuramentum,ad iuuandam ſemiplenam probationem. Ex his ergo omnibus, elici poteſt perfecta probatio, ex communi Bartol. Baldi, Pauli de Caſtro, [o] & Alexandri, [p] aliorumq; Doctorum recepta ſententia: Et à fortiori ratione, idem ſentiendum de Mercatore ad Mercatorem, vt vulgò dici ſolet: nam eorum Libri nundinales, maximam, inter eos,fidem habere videntur, & maximè, ſi nonnullis adminiculis iuuentur,propter præſumptam & conſuetam inter eos negotiationem, pro qua ſolita conſuetudine, Lex ſemper præſumere ſolet. [q] Item aliud exemplum vidi de quodam Pharmacopola, qui Nobili cuidam ægroto multa pharmaca miniſtrarat,vltrà libras cētum, quo mortuo,petijt Pharmacopola, pharmacorum pretium: nunquid, ſi denegetur, Libro ſuo credetur? Puto quod ſic, ſi modo fateatur hæres, ægrotum à Pharmacopola curatum fuiſſe, quod teſtibus probare ſufficiet, ſi negatum ſit. Cæterum,quantum ad miniſtrata,Libro credetur, duplici ratione: Vna,quod ex cura

[o] In l. Admonendi. de Iureiur. & in l. Bonæ fidei. ff. de reb. cred.

[p] Conſ. 62. lib. 5. num. 1. & Conſ. 33. lib. 1. num. 1.

[q] L. final. C. de fideiuſſ.

ex cura impenſa ægroto, iam adſit præſumptio pro Libro, vt ait Bartolus de Mercatoribus: imò, Pharmacopola fauorabilior Mercatore videtur, cùm, ob ſalutem & neceſſitatem corporis, publicam fidem habeat, & ideo quæ per eum expenſa ſunt, in tuitionem corporis, & ad periculum mortis vitandum cenſeantur irrogata, & ita ſint ſemper repetenda.[r] Altera, quòd ex negotio vtiliter geſto, ſemper ſit actio,[s] ex impenſis, in cauſam ægroti, & ſic ex quaſi contractu ſubſit obligatio, quæ huic ſanctioni ſubiecta non videtur, vt diximus ſupra in articulo quaſi contractuum: hoc addito, quòd Medici, quorum apparitores ſunt Pharmacopolæ, ægrotis etiam inuitis mederi teneantur, & per conſequens ab his etiam inuitis, officio Iudicis, medicamenta & ſalaria repetant.[t] Solet tamen in Pharmacopolis, fieri æſtimatio & taxatio de Pharmacis, in Libro ſcriptis, ab expertis in arte, vt ſæpè vidi iudicari, cùm de his controuerſum fuit.

r Arg. L. Si pupilli. §. Si Titiũ ſeruum. ff. de negot. geſt.

s L. Pomponius. ff. eod. In L. Si ſeruum. C. eod.

t vt not. in Can. Prouidendum. iunct. gloſ. 83. diſt.

Aut verò agitur de minutulis Mercatoribus, non ſatis adhuc ꝓbatis, & qui in corpus ſeu collegium Mercatorum nondum annumerati ſunt (vt hodie videmus in omnibus ferè Galliæ ciuitatibus, Mercatorum collegia iuſſu Principis ſubſiſtere, & inter eos, Iudices, & Conſules Mercatorum creari, ad inſtar eorum quæ fieri ſolebant in Italia, de quibus Baldus loquitur)[v] & dico horum Mercatorum, qui de prædicto corpore non fuerunt, Libros vel rationes nullam Iuris præſumptionem habere, cùm aliquam fidem à Publico nondum habeant: argumento à con-

v In Rub. de conſt. pec. Cod.

trario ſumpto, de his qui iam publici probati ſunt.[x] Cùm enim extra collegium vel conſortium Mercatorum fuerint, priuilegio & authoritate conſcriptorum gaudere non debent.[y] Atq; ita, putarem concludendum, hos viliores Mercatores vltra Libras centum petentes, teſtibus iuuari non poſſe, quantumcumq; in Libris ſuis ſcripſerint, cùm nullam omnino fidem habeant.[z] Ex his quæſtionibus alia oritur, de memorialibus ſcriptis in aduerſarijs, ſeu diarijs domeſticis, vel in tabellis pugillaribus, vel etiam in tabellis ligneis, vel æneis, aut, vt ait Vlpianus,[a] in certo codicillo, Phylira, Tilia, Ebore, aliiſve materiebus, vel etiam in caſu neceſſitatis, vel tempore peſtis, aut belli, in tegulis, teſtulis, vel arborum frondibus: vt olim apud Ægyptios ſcribebatur in palmarum folijs, teſte Plinio,[b] & Syracuſani Oſtraciſmum in oleæ frondibus ſcribebant, vnde Petaliſmus dictus: nunquid hæ ſcripturæ nonnihil probationis habeant, ita vt teſtibus eas iuuare liceat? Puta, Titius priuatus, non Mercator, in ſuis priuatis rationib⁹ ſcripſit ſe debere centum aureos, ex cauſa mutui, Caio, vel peſte graſſante, idem ſcripſit in tabula, vel arboris folio, ad exonerandam conſcientiam. Reſpondeo ita diſtinguendum fore cùm Bartolo.[c] Aut enim contra ſe ſcripſit, aut pro ſe, vel indifferenter. Si contra ſe, puto has domeſticas adnotationes fidem facere, ſi modo ſubſignatæ fuerint, ſi verò non ſubſignatæ, ſed tantùm ſcriptæ, nonnullam facere probationem, ſed non plenam, maximè, ſi factæ ſint ad obligandum: ideoque teſtium

[x] arg. d. L. Quadam. §. Nũmularios. ff. de edend. l. Nuda ratio ff. de donat.

[y] l. Ceſſante. C. de com. & Mercator.

[z] d. L. Rationes. C. de probat.

[a] In L. Librorum. ff. de legat. 3.

[b] Cap. 11. Lib. 13. Natural. hiſt.

[c] In L. Exemplo perniciosum. C. de probat.

adminiculis, aut alijs indicijs cauſam debiti probari debere, duplici ratione: vna, quòd hæc ſcriptura non ſubſignata, videatur tãtùm incœpta, non autem perfecta, nam cùm ſubſignare potuerit aliquis, quod iam ſcripſit, & non ſubſignauit, pœnituiſſe videtur, argumento eorum, quæ dicuntur de teſtatore, qui teſtamentum reliquit imperfectum, vel deleuit, vel cancellauit, aut alio modo oſtendit ſe voluntatem mutaſſe. [d] Altera, quòd talis confeſſio, quando vergit ad obligandum, extra iudicium facta, & parte abſente, non ſatis efficax cenſeatur ad obligationis effectum: [e] ſecus enim ſi talis confeſſio etiam non ſubſignata, vergat ad liberandum, cùm fauore liberationis ei facilè credatur, [f] & maximè ſi is qui in aduerſarijs ſuis hæc ſcripſit, fuerit, (vt loquitur Paulus) [g] homo diligens, & ſtudioſus pater-familias, cuius perſonam incredibile eſt, in aliquo facilè erraſſe: ſolita enim diligentia, erroris præſumptionem excludit. [h] Si verò pro ſe hanc fecerit ſcripturam, nullam omnino fidem facere, tanquam teſtimonium penitùs domeſticum, vulgati Iuris eſt: [i] ideoq; cùm de pactione agatur, tametſi liberatoria fuerit, teſtibus vti non licebit, cùm nulla ſcripta Iuris præſumptione nitatur. Quod verò in diarijs memorialibus indifferenter ſcribitur, ſcilicet, nec pro, nec contrà ſcribentem, vt ſæpenumero faciunt ij, qui omnia quæ priuatim, vel publicè accidunt, ad memoriam, ſcribunt, nonnullam fidem vel præſumptionem facit, ſed non neceſſariam, ideoque Iudicis arbitrio hæc ſunt relinquenda. Vnum tamen caſum excipio,

[d] Not. in l. Si vnus. l. teſtamentum. §. Non ideo. L. Noſtram. C. de teſtam. L. 1. §. 1. de his quæ in teſt. delent.

[e] l. Certum §. Si abſente. ff. de confeſſ. l. 1. §. final. & l. final. de interrog. act.

[f] L. Tale pactum. ff. de pact. & L. Publia. §. fin. ff. depoſit.

[g] L. Cùm de indebito. § fin. ff. de prob.

[h] L. 1. C qui & aduerſ quos. l. vlt. C arbit. tutel. l. Quiſquis. C de reſc. vend.

[i] L. Exemplo l. Rationes. C. de prob l. Inter chartulas. de conueniend. Fiſc. debit. lib. 10. Cod.

quo ex his certa probatio elici poteſt, ſcilicet cùm pater, vel mater, vel vterque, liberorum ſuorum dies natales, in Libris ſuis domeſticis, vel precatorijs, manu propria ſcribunt: nam, ſi de ætate liberorum quæratur, hanc ſcripturam agnitam, multùm probationis habere, ſæpè iudicatum ſcio, cùm ſit patris vel matris profeſſio, quorum teſtimonium, pro ætate, ſicut & proximorum conſanguineorum, & obſtetricum, certum & irrefragabile cenſetur. Iuris diſpoſitione id ſuadente:[k] & maximè, ſi poſt mortem ſcribentium, hæc ſcriptura, in eorum ſcrinijs inueniatur, & agnoſcatur: quia non poteſt præſumi, hanc in alterius fraudem ſuppoſitam fuiſſe, præſertim ſi bonus & probus homo habeatur is qui ſcripſit: & ita ſentire videntur Bartolus,[l] & Bald.[m] Sed quia hic articulus non propriè ad hoc noſtrum Edictum pertinet, in quo de pactis tantùm agitur, non vlteriùs inſiſto.

k In L. 3. §. Dua. ff. de Carbon. edict. & not. in L. de tutela. C. de in integr. reſt. min. & l. Filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. & per Bartol. in l. De ætate ff. de minor.

l In L. Admonendi. C. de Iureiur.

m In L. In bona fidei. C. de reb. cred.

Quid de obligationibus non ſcriptis, ſed quæ quibuſdam Symbolis, vel Teſſeris, quas vulgus Taleas vocat, de rebus minutatim acceptis, contrahuntur.

CAPVT NONVM.

FECERVNT mihi negotium diuerſæ quæſtiones, de quibus, circa hunc Articulum, ſæpè fui interrogatus. Nam quædam ſunt obligationes, quæ nec ſcribuntur, nec coram teſtibus expreſſè contrahuntur, & tamen, ex conſuetudine inter Mercatores, ſeruari ſolita, firmam videntur habere fiduciam: Nimirùm

Nimirùm, hæ quibuſdam notis ligneis,aut plumbeis, vel ſymbolis, ſeu teſſeris, inuicem datis contrahuntur : quas vulgari verbo, *Tailles,coches, ou Marreaux*,Mercatores, aliíve negotiatores, inter ſe appellant: & Taleas Latinè dici poſſe Sypontinus arbitratur.[a] Ad cuius rei facilitatem, exemplum adduco de quadam lite mihi propoſita, inter quoſdam laniones, ſeu macellarios, qui cùm cuidam Mercatori lorario, ſeu coriario, pelles omnes ouinas, caprinas, & id genus alias, quas à mactatis per eos animalibus, continuo anni curriculo, collegiſſent, certa æſtimatione conuenta, minutatim, & diuerſis temporibus tradidiſſent, lignearum teſſerarum collatione, ad ſecuritatem ſæpius facta: In quibus teſſeris, ſeu taleis, ſimul iunctis, cultello incidebantur numeri pellium, ſingulis dieb⁹ dicto Mercatori traditarum: & ſuam vterq; teſſeram habebat, vt olim inter hoſpites fieri conſuetum refert Plautus.[b] Tandem aliquando poſt maximum numerum pellium coriario ſeu ligulario traditarum, deceſſit iſte coriarius Mercator, nondum ſolutis pellibus per eum acceptis, quarum numerum communis teſſera inciſum referebat. Et cùm in bonis eius mobilib⁹ (quoniam nulla immobilia poſſidebat) repert⁹ eſſet multarum pellium numerus, atq; etiam lana à pellibus abraſa: ea propter, macellarij coram Iudice petierunt has pelles & lanas ſibi reſtitui, eo quòd ſolutæ nondum fuiſſent,ſed tantùm teſſeris ſeu taleis inciſæ, & ad hunc finem exhibent teſſerulas ſuas, poſtulantq; ab hæredibus, vt pares teſſeras exhibeant, &

[a] Apud Mart. Epigr. ſecundo.

[b] In Penul.

conferantur cum ijs quæ penès defunctum repertæ ſunt: quod authore Iudice factum eſt, adeo vt non fuerit dubium, defunctum coriarium, ſeu ligularium, macellariorum debitorem fuiſſe, pro his omnibus in vtraque teſſerula inciſis, quæ centum aureos ferè excedebant. Ex aduerſo, ſuperuenit quidam creditor, inſtrumentum proferens obligatorium, quo defunctus coriarius, in aureos ducentos ei obligatus erat: & petijt has pelles & lanas, ad exolutionem ſui debiti diſtrahi, repulſis macellarijs, qui nedum inſtrumento authentico, imò ne chirographario quidem fulti erant. Macellarij autem conſuetum inter eos mercandi morem allegabant, qui inter ſe, nonniſi his teſſeris mutuò obligari conſueuerant, ſeq; pelles ſuas non aliàs vendidiſſe dicebant, quàm ſub hac conditione, ſi exolutæ fuiſſent: at verò ante ſolutionem, ſe ſemper pellium dominos manſiſſe, & propterea vindicari has poſſe, ſi prædictis Mercatoribus non foret ſatisfactum, ex quadam conditione commiſſoria, [c] atq; ita, in his pellibus & lanis, ſe creditoribus omnibus, ex alia cauſa creditum contendentibus, præferendos eſſe, propter expreſſam ad hoc mercandi conſuetudinem: quam pro Lege & inſtrumento authentico accipiendam eſſe dicebant: vt ſatis vulgatum eſt, conſuetudinem ſemper attendi debere: [d] hoc addito, quòd Mercatores, re magis, vel etiam nudo pacto, quàm verborum ſolemnitate interpoſita, contrahere ſolerent, ſecundum Bartol. [e] E contrario, dicebat creditor, inſtrumento ſcripto & authenticè

c L. 2. & 3. ff. de Leg. Commiſſ.

d Auth. de defenſor. Ciuitat. § quia verò. coll. 3. & Auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. Pro conſuetudinibus. coll. 9.

e In l. Quintus ff. mand.

confecto, ſe pecuniam ſuam mutuaſſe, ex qua pecunia defunctus lorarius, ſeu coriarius, omnes ſuas merces emerat, ſuadente id Iuris præſumptione, quæ vult pecuniam præſumi verſam, in cauſam quam mutuans profitetur:[f] & idcirco iniquum eſſe, creditorem, qui authentico nitebatur inſtrumēto, poſtponi prædictis macellarijs, nullam cautionem publicam aut priuatam habētib⁹, ſed ſolis ligni fruſtulis nitentib⁹. Ab hac diſputatione duæ oriūtur quæſtiones: vna, an recipi debeat hoc macellariorum factum, quo aſſerūt, ſe non alia lege pelles ſuas vendidiſſe, quàm ſi ſoluerentur, hocq; modo fieri ſolitum inter id genus Mercatores, & an teſtib⁹ id ꝓbare liceat? Altera quæſtio eſt, an huiuſmodi laniones dicto creditori præferri poterunt, aut è contra? Quoad primam quæſtionem, multùm obſtare videtur hæc Regia ſanctio, quæ de omnibus obligationibus, libras centum excedentibus, iubet contractum ſcriptis fieri, atqui pretium quod petunt pro pellibus ſuis & lanis, centenam libram longè excedit, & tamen nihil ſcriptum, ſed ſimpliciter teſſeris ſignatum oſtendunt, videretur itaque, factum illud non eſſe recipiendum. Ego tamen contrarium putaui, his rationibus. Prima, quòd hæc Regia ſanctio loquatur de rebus de quibus cōtractus ſcribi ſolent, contra quam hi macellarij doloſè commiſiſſe non videntur, eo quòd, in eo genere mercium ſcriptura non ſit neceſſaria, cùm minutatim recipiantur: nam alioqui, ſi pro quotidiana pellium receptione, neceſſe foret contractum ſcribi, huiuſmodi minutuli

[f] L. final. § Sin autem. C. ad Macedon. Bald. ad L. Macedoniani & dict. l. fin. eodem.

Mercatores, Notarium ſemper zona pendulum habere cogerentur: cuius ſumptus, commoda longè ſuperarent. Præterea, quælibet particularis pellium receptio, eſt infrà centeſimam libram, quia vna die, forſan quatuor pelles recipiuntur, alia, quinque, & ſic de ſingulis diebus: temporis verò tractu, hæc receptio adeo augetur, vt quod in teſſeris ligneis inciſum eſt, excedat libras centum. Itaque ipſa principia obligationis non ſubijciuntur huic Legi, finis verò eiuſdem obligationis nonniſi ipſis teſſeris ligneis perficitur, & per conſequens, huic Legi locum nuſquam fuiſſe dicebam, ſicut ſupra oſtendimus, de acquiſitionibus, quæ fiunt temporis tractu. Pro his igitur teſſerulis, in iudicio recognitis, putarem ſuperiùs factum recipi debere, ac teſtibus probari: cùm iam nonnulla fides ex huiuſmodi taleis eliciatur, vt in Iure nouum non eſt. Antiquitus enim, ſuper quibuſdam teſſeris, certo modo ſignatis, Præfectus annonæ, quandam frumenti menſuram militibus largiebatur, quæ & teſſeræ frumentariæ dicebantur: quarum meminerunt Vlpian. [g] & Paul. [h] Vnde & fuiſſe olim teſſeras Iumentarias, Veſtiarias, & Agrarias, ex Suetonio, [i] refert Budæus. [k] Præterea, cùm ſolitus hic mercandi modus, aliter fieri non poſſit, quandoquidem, nonniſi minutatim, & prout eueniunt, hæ pellium merces diſtribui poſſint, ergo, neceſſitate permitti debet, quod alioqui non permitteretur. [l] Imò, non tantùm inter Mercatores his notulis contrahi ſolet, ſed etiam inter alios, vt pote, inter Canonicos & Præbendarios, qui teſſerulis plumbeis

g In L. Sed & ſi ſuſceperit. §. Si libertis. ff. de Iudic.

h In l. Mortuo. de leg. 2.

i In Neron.

K Ad d. L. Sed & ſi ſuſceperit. d. §. Si libertis.

l L. 1. §. ſed excipiuntur. ff. de ſer. L. Senatuſconſulto. §. Siquid. ff. de offic. Præſid. l. Ait Prætor §. Si debitorem. ff. Quæ in fraud. cred.

plumbeis, quas vulgò *Marreaux* vocant, vtuntur in diſtributione Canonum, ratione officij ſibi debitorum: nam his ſignis plumbeis, aut chartaceis, habent diſpenſatores Eccleſiæ ſibi obligatos, ex communi vſu & conſuetudine Eccleſiæ, quæ inter eos Legis habet vigorem.[m] Et inter nonnullos artifices ſolet haberi quorundam ſignorum communicatio, quibus, ſuæ artis opera agnoſcere ſolent: ex hiſq; ſignis, ſi qui in opere deliquerint, conuincuntur, & puniuntur, maximè inter Aurichalcos. Ex quibus ſequitur primæ quęſtionis reſolutio: prædictos nempe lanios, recipi debere ad ſupradicti facti poſitionem, eiuſdemq; ꝓbationem teſtibus faciẽdam, nonobſtante hac Molinæa ſanctione, quæ huiuſmodi obligationibus aptari non poteſt, cùm magis tractu temporis, & diuerſis momentis contractæ ſint hæ obligationes, quàm vno ſolo actu, & ideo ſcriptis concipi non poſſint, vt ſuperius diximus, cùm præſcriptionum probationes allegaremus.[n]

[m] *Cap. cum ad monaſterium. ext. de ſtat. monach. Can. In his. Can. Catholica. diſt. 11.*

[n] *arg. L. 3. ff. de vſucap.*

Quantum ad ſecundam quæſtionem: an ſcilicet probata ſua intentione, macellarij præferri debeant creditori, authenticum inſtrumentum habenti, aut è conuerſo? Tametſi hæc quæſtio non ſit præſentis Commentarij, obiter tamen referam, quid de hac re mihi videatur. Itaque ſi probatum ſit per hos laniones, ſe non alia lege vendidiſſe pelles, quàm ſi exoluerentur, eumq; vſum eſſe, & hoc modo ſolitum eſſe contrahi inter huiuſmodi Mercatores, pro hac ſpecie mercium: æquum putarem, macellarios ad vindicandas pelles admitti debere, ex ra-

tione Vlpiani [o] ita dicentis, *Enimuero ſi non in creditum abij, quia res vendita, non aliàs deſinunt eſſe meæ, quamuis vendidero, niſi ære ſoluto, vel fideiuſſore dato, vel aliàs ſatisfacto, dicendum erit vindicare me poſſe.* His enim verbis, ſatis expreſſum videtur, vindicationem pellium & lanarum, Iuri conſentaneam fore: maximè ſi conſtare poſſit, eaſdem pelles eſſe, quas macellarij dederunt. Et, ſi hæc ratio non ſufficiat, exiſtimarem ſaltem, hos laniones in tributum vocari, & admitti debere, dato quòd defunctus ſoluendo non fuerit: nam tametſi inter hypothecarios creditores & ſimplices Chirographarios ſoleat haberi differentia, in ſolutione debitorum, [p] tamen quando de mercibus agitur, quarum eſt incerta venditio, & incerta hypotheca, ſeu affectatio, non ſolet fieri diſcrimen hoc in tributoria, etiamſi vnus creditor contendat merces, ſua pecunia emptas fuiſſe, vt ſentire videtur idem Vlpian. [q] ſed inter omnes creditores fit tributio pro rata eius, quod cuique debetur, ſecundùm eundem Vlpianum. [r] Et ita, ſaluo meliori iudicio, putarem, ex æquo & bono iudicandum.

[o] *In l. Procuratoris. §. Plane. ff. de tributor.*

[p] *L. vnic. C. Etiam ob chirog. pecu. l. Creditor 2. §. Si primus. ff Qui potior.*

[q] *In L. Procuratoris. §. final. iunct. l. ſequent. de tributor.*

[r] *In dict. l. Procuratoris. d. §. final. & L. final. eod. tit.*

Quid in his quæ pendent ab executionibus contractuum vel pactorum iam ſcriptorum?

CAPVT DECIMVM.

VIDI de hoc articulo multas quæſtiones moueri: nam infiniti ſunt contractus, ita cõcepti, vt quamuis pactionem certam habeant, tamen ab executione cõ-

tractus ita pendere videantur, vt alium contractum ex neceſſitate deſiderent. Exempli gratia: Promiſſio de vendendo, non eſt venditio, promiſſio de locando, non eſt locatio: & ita dicendum de alijs ſimilibus pactis, quæ alium contractum pro eorum executione requirunt: [a] de quibus, multis in locis agitur, [b] & à Baldo, [c] alijſq; Doctoribus, ſæpè fit mentio: quod & videre eſt in omnibus contractibus, quorum executio in alterius arbitrium confertur, de quibus infinita ſunt in Iure exempla. [d] Atque ita hi ferè omnes contractus alium cõtractum deſiderant: Vt ecce, promitto tibi vendere fundum meum, pro centum aureis: nemini enim dubium eſt, hanc conuentionem ſcribi debere, ex hac Regia noſtra Conſtitutione: ſed poſtquam ſcripta fuerit, & fundus penès eum, cui venditio pollicita fuerat, certo poſt tempore reperiatur, & cùm ab eo vindicaretur, excipiat fundum ſibi venditum fuiſſe pro centum aureis, venditionem tamen ſcriptam non habens, numquid teſtibus probare poterit venditionem ſibi factam fuiſſe, cùm iam habeat promiſſionem ſcriptam de vendendo? Quod prima facie non videretur dicendum, cùm in his promiſſionibus de vendendo, de locando, de permutando, & alijs ſimilibus imperfectis conuentionibus, pœnitentia, ad perfectum vſque contractum, admitti videatur, ex vulgata Iuſtiniani Conſtitutione, [e] quæ nonniſi contractus in mundum redactos, perfectos exiſtimat. His tamen nonobſtantibus, puto teſtium probationem, his caſibus, admitti debere, duplici ratio-

a L. Si hæres. ff. de act. empt. l. Numerationibus ff. de ſolut.

b L. Si cum fundum ff de pact.

c l. Quãuis C. de trãſact.

d L. final. C. de cõtrah. empt. & vẽd. l. Si coita. & l. Societatem ff. pro ſocio. l. Si libertus. 2. ff. de oper. libert. L. Si quis arbitratu ff. de verb. obligat.

e In l. Contractus. C. de fid. inſtrum.

ne: Vna, quòd iam ſcriptam de vendendo promiſſionem poſſeſſor pro ſe habeat, ideoque, hoc titulo dominium rei penès ſe tráſlatum fuiſſe facilè præſumatur, propter præexiſtentem cauſam venditionis, de qua iam ſcriptis conſtat: quæ quidem cauſa præexiſtens, ſubſiſtere facit, quod aliàs in dubium reuocaretur, vt in ſimili docent Accurſius,[f] & Paulus Caſtrenſis,[g] de confeſſione partis extra iudicium facta, quæ probationem adfert, ſi præexiſtentem cauſam iam probatam habeat. Quod Imperator,[h] ex ſimili æquitate, confirmare videtur, cùm de confeſſione cauſata loquitur. Altera ratio eſt, ex poſſeſſione rei quæ reperitur penès eum, cui pollicitatio facta erat de vendendo: hæc enim poſſeſſio inducit præſumptum dominium contra vindicantem, ex Conſtitutione Antonini:[i] Illa enim poſſeſſio, facit præſumi dominium penès eum eſſe qui poſſidet, ex ratione Vlpiani,[k] qui reo poſſidente, in actorem onus probandi dominij transfert: ideoque ſi actor, qui vindicat fundum, ita poſſeſſum, conetur probare forſitan, ſupradictam promiſſionem de vendendo, pœnitentia reuocatam fuiſſe, aut aliter ab ea diſceſſum, non eſt dubium, ipſum poſſeſſorem teſtibus probare poſſe, venditionem verbaliter completam fuiſſe, iuxta promiſſa. Imò, vlteriùs dico, quòd ſi poſſeſſor iſte à poſſeſſione, nomine huius promiſſionis cœpta, cadat, non tantùm ad ipſam poſſeſſionem cōuincendam Triticaria[l] admittetur, ſed etiam ad quaſi dominium vindicandum, Publiciana rectè experietur:[m] & ſi venditionem pro-

f In l. vnic. C. de confeſſ.
g In l. 1. ff. eodem.
h In l. Generaliter. C. de non num. pecun.
i L. Poſſeſſiones. C. de probationib.
k In L. Circa. Cod. eodem, cum ſimilib.
l L. Sed & ei. ff. de condict. tritic.
m L. 1. & ſequent. ff. de public.

bare cogatur,teſtibus vti poterit,propter Iuris præſumptionem, ex huiuſmodi promiſſione ſcripta,ſibi quæſitam. Nec obſtat vulgata illa deciſio,quæ vult, ex contractu imperfecto, & nondum in mundum redacto,impunè recedere nos poſſe,[n] & pœnitere: quia hallucinantur ij, qui putant theoricam illam, locum habere in ſuperioribus contractibus, promiſſionem de vendendo, locando, permutando, & ſimiliter contrahendo,habentibus,atq; in his pœnitentiam recipi, hoc enim omnino falſum eſt: Nam contractus illi, in ſua pactione perfecti ſunt,tametſi alterius cõtractus implementum deſiderent. Ideoq; Bartolus & Baldus [o] vocant illos contractus,innominatos, in quibus pœnitentia non admittitur: quamuis regulariter, contractus innominati, ſtipulatione non veſtiti, pœnitentiam recipiant.[p] Fallit tamen in iſta ſpecie contractuum innominatorum, eo quòd coniuncti ſunt nominato cõtractui, cuius executio neceſſaria eſt, vt videtur ſentire Celſus,[q] cùm ait, magis ob cauſam promiſſum eſſe, quàm venditum, ideoque vnus contractus, alterius implementum coniuncti deſiderare videtur,[r] igitur pœnitentia non admittitur.[s] Ex his concludo, probationem per teſtes facilè admitti poſſe, in pactionibus non ſcriptis, quæ ab executione cõtractuum iam ſcriptorum omnino dependent, cùm pro ijs iam ſit ſcripta conuentio: niſi in contrarium oriatur ſiniſtra ſuſpicio: quod bonus Iudex ex negotiorum, vel perſonarum qualitate, facilè arbitrari poterit. Sed quid in his quæ pendẽt ab executione

[n] In l. Contractus. C. de fid. inſtrum.

[o] In l. quãuis. C. de tráſ.

[p] l. Ex placito. C. de re. permut. L. Si pecuniam. ff. de condict. cauſ. dat.

[q] In L. fin. ff. eod. Bart. in l. Ex empto. num. 6. ff. de act. empt.

[r] L. Si ſterilis. §. Si tibi de act. empt.

[s] In L. Labeo ſcribit. ff. de contrah. empt.

priuatarum ſcripturarum, numquid idem iudicandum erit? Vt ecce exemplum mihi propoſitum: Mercator quidam Niortenſis, cuidam Hoccitano Mercatori hoc chirographum dedit: Confiteor me debere quinquaginta aureos tali Mercatori, pro duodecim ſaccis glaſti, ſeu vt vulgò dicitur, paſtelli, quos apud Niortum recipere debeo: deinde moritur Mercator, petũtur ab eius hærede quinquaginta aurei, per Mercatorem Hoccitanum: excipit hæres, glaſtum non fuiſſe receptum, ideoq; chirogrãphum, effectum non habuiſſe: numquid receptio teſtibus ꝓbari poſſit? Reſpondi, poſſe: tum, quòd receptio, eſſet duntaxat ꝓmiſſionis iam ſcriptæ executio, rationibꝰ ſupra poſitis: tum etiam, quia talis executio, etiam ſine contractu, perfici poterat per inſtitores, aut nuncium Mercatoris, vt ſolet fieri inter Mercatores, qui per inſtitores, exercitores, & nuncios, obligare & obligari ſolent: vt Iure nimis eſt vulgatum.[t] Et idem puto iudicãdum in aliis ſimilibus negotijs, executionem conuentionis iam ſcriptæ reſpicientibus, ſi modo non videat bonus Iudex nonnihil iniquitatis, quod animum ſuum in contrariam æquitatem dimouere poſſit.

[t] *In L. Sed & ſi pupillus §. Item ſi plures. & §. fin. & toto ferè titul. ff. & C. de inſtit. act.*

Quid in Liberatorijs?

CAPVT VNDECIMVM.

POSTREMA quæſtio, erit de Liberatorijs, de qua nonnihil attigimus, cùm de pactis tacitis ageremus: ſed non ſpecialiter ſatis. Numquid ergo ſi liberationes centum libras excedant, teſtibus probari poterunt? quod ſane magna diſputatione carere non videtur: nempe, ſciunt omnes quãtus ſit in Iure liberationis fauor,[a] ſed ex aduerſo, nemo etiam negabit, ex vulgata Iuris regula, nihil eſſe tam naturale, quàm vnum quodque ſolui eo ligamine quo colligatum eſt.[b] Si ergo obligatio contractu ſcripto celebrata fuerit, videretur quòd nonniſi contractu ſcripto, liberatio oſtendi poſſit, idque apertè ſentire videtur Pomponius,[c] His verbis, *Prout quiſque contractus eſt, ita & ſolui debet.* Præterea, ratio huius Regiæ Conſtitutionis, eodem modo militare videtur, in liberando, quo, in obligando, vt ſcilicet obuiam eatur litium anfractibus, factorum inuolutionibus, & teſtium ſubornationibus: Debitor enim qui liberationem non minus deſiderat, quàm creditor obligationis effectum, omnibus artibus, quibus poterit, conabitur ſe eripere à nexu & moleſtia creditoris, & inde omnia probandi genera exquirere, contra genuinam iſtius Legis intentionem. His rationibus, & alijs pluribus, quæ hîc prolixiores eſſent, videretur indiſtincte dicendum, hanc Charoli San-

a *L. Arrianus. ff. de act. & obligat.*

b *L. Nihil tam naturale ff. de Reg. Iur.*

c *In l. Prout. ff. de ſolutionibus.*

ctionem, ad pacta liberatoria omnino extendi debere, & maximè quia omnes Franciæ Conſtitutiones, & Conſuetudines Municipales, quæ de ſolemnitatibus contractuum ſub certis formis diſponunt, non diſtinguant, quoad formam, & ſolemnitatem, cõtractus liberatorios ab obligatorijs, ideoq; ab hac Lege diſtingui non debere viderentur. His tamen nonobſtantibus putarem, hanc Sanctionem non tam rigidam exiſtimari debere in liberatorijs, quàm in obligatorijs, imò à nonnullis audiui, in ſupremo Senatu aliquando iudicatum fuiſſe, hanc Legem in quibuſdam liberationibus locum non habere: quod tamen adhuc firmare non auſim. Sed vt quæſtio pleniùs diſtinguatur & intelligatur, conſideranda ſunt infinita priuilegia, quæ liberationibus paſsim à Iure conceduntur, & quantùm diſtent à forma & ſubſtantia obligationum: quarum ſubſtantia, iniquit Paulus, [d] non ſolùm in verbis conſiſtit, & vt certum corpus quod noſtrum eſt, alterius faciamus, ſed vt eo animo contrahamus, quo expreſſè alium nobis obſtringamus. Liberationes autem non adeo exactam deſiderant Iuris formam, & ſolemnitatem, nam infinitis propè modis fiunt quibus non fieret obligatio: cùm obligatio non niſi per contractum expreſſum fiat communiter, liberatio autem, ex communi vſu inter homines recepto, & per contractum, & ſine contractu: imò Lex recipit infinitos alios liberationis modos, ſine contractu expreſſo: vt per enuntiationem inter partes factam: [e] item per confeſsionem extra iudicium receptam:

[d] L. Obligationũ ſubſtantia. ff. de act. & oblig.

[e] In L Optimam. C. de cõtrab. & cõmit. ſtipulat.

receptum: imò ſine cauſa,[f] vt ſentiunt Bartolus, & ſequaces:[g] item per ſimplicem nuncium, vel epiſtolam:[h] item ex ratione domeſtica & priuata creditoris, quæ contra eum probare ſolet:[i] item ex mutatione vnius contractus in alterum, quo caſu, colligitur liberatio à primo contractu:[k] adde quòd inſcius & inuitus liberari poſſunt, non autem obligari:[l] præterea, delegatione, confuſione, acceptilatione, compenſatione, & tacito pacto, ipſo Iure liberatio contingit,[m] & alijs modis propè infinitis: Nam & quotidie inter Mercatores fiunt liberationes verbales, & in libris ſuis mercalibus cancellatis, & ex literis miſſilibus inter ſe mutuò factis, quas partes verſas inter ſe vulgò nominant, & de his omnibus ſupradictis modis liberandi, non ſolent, bona ex parte, fieri contractus ſcripti, ſicut conſuetum eſt fieri pro obligationibus. Addo, quòd ſi hæc Regia Lex ſtrictè & rigidè pro liberationibus obſeruaretur ſicut pro obligationibus, infinita penè mercimonia & mutua negotia, quæ in hominum ſocietatibus bona fide, & abſq; controuerſia vſurpantur, & quæ liberè, nudè, & candido animo exerceri ſolent, infinitis incommodis & liticulis quotidie afficerentur, & ſic, ex ſummo Iure, ſumma iniuria, quod abſit,[n] naſceretur inter homines, & maximè inter Mercatores, ſi liberationum probatio ſic arctaretur, vt nonniſi ſcriptis probari poſſet. Ideoq;, ſaluo meliori iudicio, putarem ita diſtinguendum fore: Aut enim quis ſe ſoluiſſe vel liberatum eſſe contendit, ſolutionemq; aut liberationem contractu expreſſo

[f] L. Tale pactum. ff. de pact.

[g] L. Creditori. C. eod.

[h] In l. Publia. §. final. ff. depoſit.

[i] Ex notatis in L. Nuda ratio. ff. de donat. l. Rationes. & L. Inſtrumenta. C. de probat.

[k] L. 1. & l. Si Stichum. ff. de nouat.

[l] dict. l. Si Stichum. §. fin.

[m] L. Delegare. ff. de nouat. l. Debitori. C. de pact. l. Sicut. ff. de nouat. § Item per acceptilationẽ. Inſtit. Quib. mod. toll. obl.

[n] L. Meminerint. C. vnd. vi. l. 1. C. de indict. vid. toll. l. 1. C. de his qui ven. æt. imp.

factam allegat: Aut non per contractum expreſſum, ſed vno, ex diuerſis accidentibus ſupra citatis, aut ſimilibus, ex quibus per æquipollens liberatio colligi & concludi poteſt. Primo caſu, ſcilicet, ſi ex contractu expreſſè facto liberatio allegetur, nonniſi ſcriptis talem contractum probari poſſe mihi videtur, ex ratione huius Conſtitutionis Regiæ, quæ vult, contractus mutuo conſenſu factos, nonniſi ſcriptis probari debere: quia, vt alibi ſupra dictum eſt, ei qui viam expreſſi contractus elegit, imputatur quòd formam contrahendi, à Lege præſcriptam, ſequutus non fuerit, nec mala fide carere poteſt, qui formam Legis contempſit,[o] quam ignorare non potuit, eo quòd omnes ſcire tenentur quod publicum & notorium eſt.[p] Secundo verò caſu, quando liberatio allegatur, non quidem contractu expreſſo, ſed per accidens, & aliquo ex modis liberandi ſupra allegatis, aut ſimilibus, putarem, quod non tantùm ſcriptis quibuſcunq;, vel priuatis, vel publicis, ſed etiam teſtibus admitti deberet probatio, nonobſtante hac Charolina Conſtitutione: quia, quemadmodum ſuperiùs diximus, ſcripturas priuatas, ſi denegētur, teſtibus, & comparatione, alijſq; adminiculis adiuuari poſſe: ita etiam in liberationibus, non expreſſo contractu factis, omne genus probationum admitti debere exiſtimarem, nec ſub rigore iſtius Sanctionis coarctari: duplici ratione, vna, propter liberationis fauorem, tantopere à Iure cum Ciuili, tum Canonico,[q] commendatum, vt nihil fauorabilius inueniri poſſit: adeo vt rigor, qui

o L. Nobiliores. C. de cōmerc & merc l. Non dubium. C. de leg.

p L. Lata culpa. ff. de verb. ſignif.

q Cap. Ex literis. extr. de probat.

in obligando exactè obſeruari conſueuit, in liberando, omnino ferè remittatur, vt videre licet in exceptione pecuniæ non numeratæ, quæ, de Iure, ſi in obligationem competebat, in biennium vſq; vires habebat, ſi verò in liberationem, tringinta diebus finiebatur.[r] Altera, quòd hæc lex Regia, communis Iuris correctiua, & probationum reſtrictiua, contra Ius commune,[s] intra ſuos contractuum & diſpoſitionum cancellos, contineri debet, nec ad ea extendi, quæ communiter in contractum deduci non ſolent: Nimirùm Vlpianus,[t] Legem nouam, contra Ius commune latam, extendi vetat, & maximè ſi ſubſit diuerſa ratio, vt hîc. Idemq; ſentit Imperator,[v] cùm ait, Id quod ſpecialiter Lege correctiua expreſſum non eſt, antiqua Iura non mutare. Atqui, hæc Lex ſpecialiter facta eſt, ꝓ omnib⁹ cōtractibus & actibus obligatorijs, inter homines fieri ſolitis: quos non ſcriptos, cùm partes teſtibus probare niterentur, hinc factorum inuolutiones, litiumque anfractus, & teſtium falſificationes, ſequebantur: idcirco nullum contractum non niſi ſcriptis probari poſſe conſtituit. At verò iam docuimus, infinitas obligationes inter homines naſci poſſe, ſine contractu expreſſo, vt in omnibus pactis tacitis, item in mandato, certis caſibus ſupra deductis, & in alijs pluribus negotijs, in quibus contractus, vt plurimùm, adhiberi non ſolent, inter quæ ſi liberationem poſuerimus, nihil ab identitate rationis diſſentaneum affirmauerimus: cùm ſit iam probatum, infinitis propè modis, liberationem fieri poſſe ſine contractu

r L. In cōtractibus. §. Super cæteris C. de non numer. pecun.

s L. final. C de hæret. & manich.

t L. Si vero. §. de viro. ff. ſolut. mat. quēadm.

v L. Præcipimus. C. de appellat.

expreſſo. Vnde, omnes caſus quibus liberatio ſine contractu fieri poteſt, hac Lege comprehendi non debere, neceſſariò ſequitur. Et vt exemplis res fiat manifeſtior, addemus quæſtionem, in palatio noſtro ſæpè propoſitam, quæ eſt huiuſmodi: Caius, ſolemni obligatione, Titium habebat obligatum pro quingentis aureis, hic creditor aut eius hæres, à Titio debitum petijt, Titius excepit, ſe diuerſis ſolutionibus creditori, maiori ex parte, ſatis feciſſe, & inter alias ſolutiones, allegauit, Caium creditorem, accepiſſe, nomine ſuo, à varijs creditoribus Titij, diuerſas pecuniæ ſummas, nempe viginti aureos à Sempronio, triginta à Lucio, quinquaginta à Cornelio, & deniq; alias ſummas, ab alijs minutatim accepiſſe, item per famulum triginta, aut quadraginta, idq́; bona fide, & tam ſcriptis miſſilibus literis, quàm ſine ſcriptis: præterea, dixit Titius, Caium creditorem, ei, ob aliud negotium, viginti debuiſſe, quæ in cõpenſationem, verbaliter accepto tulerat: ideoq; petijt debitor, mutuum ratiocinium haberi inter eos, offerẽs, quod reliquum eſſet, ſtatim perſoluere. Caius autem denegauit omnes has ferè ſolutiones, & inſtitit, nonniſi ſcriptis hæc probari debere, cum ageretur de quantitate centum libras excedente, quæ tametſi minutis ſolutionib⁹ exoluta diceretur, tamen omnes hæ ſolutiones, ab vna eademq́; ſumma, & vna eademq́; cauſa, centum libras excedente, pendebant, ideoq; non res diuerſas, ſed vnicam tantùm eſſe contendit: Iuris diſpoſitione dictante, diuerſas ſummas non fuiſſe quæ ab eadem cauſa orirentur,

orirentur, [x] nec diuerſas ſtipulationes, quæ de eadem re factæ eſſent particulatim. [y] Quærebatur numquid omne genus probationum admitti deberet? Reſpondi, ex rationibus ſupra citatis, probationem, & ſcriptis, & teſtibus, admitti debere, maximè inter perſonas ſimul negotiari ſolitas, vt inter Mercatores, amicos, cognatos, & vicinos, qui ſæpeſæpiùs in mutuum creditum ire ſolent, & inter quos ſiniſtra ſuſpicio, non aliunde affertur: tum, quia hæ liberationes non expreſſo contractu factæ allegentur, ſed diuerſis cauſis & accidentibus, pro quibus contractus expreſſus fieri non ſolet, ob mutuam partium fiduciam, qua vti conſueuerant: tum etiam in gratiam liberationis, quæ multis modis ſine contractu naſci poteſt, vt ſupra varijs exemplis demonſtrauimus. Nec verò obſtat regula, Nihil tam naturale, [z] nec Pauli theorica, quæ vult contractum, prout factus eſt, eodem modo ſolui debere: [a] nam hæc de ſubſtantialibus contractus intelligi debent, vt de conſenſu, re, aut pretio venditionis, à quibus diſcedi non poteſt, niſi contrario conſenſu, re reſtituta, & pretio refuſo: [b] ſed non de formis & ſolemnitatibus, quæ non eodem modo obſeruantur in ſoluendo, ſicut in obligando: hac potiſſimùm ratione, quòd faciliùs deſtruatur contractus, quàm conſtruatur: vt in ſimili loquitur Innocentius Papa, [c] cùm corporalia à ſpiritualibus diſtinguit. Adde, quòd hæc regula non docet omnino ſimilem formam obſeruari in diſſoluendo, quæ in obligando: nempe abſurdum eſſet, vt is qui ex delicto obli-

x L. Si idem cum eodem. ff. de iuriſd. om. Iud.

y arg. L. Scire debemus. ff. de verb. oblig.

z L. Nihil tam naturale ff. de reg. Iur.

a In dict. l. Prout. ff. de ſolution.

b L. 2. Quãdo liceat ab empt. diſc. & l. Ab emptione. ff. de pact.

c In capit. Inter corporalia. extra de tranſlat. Epiſcop.

gatur, alio delicto liberaretur. Ideoque, ſanè intelligendum eſt, hoc verbum (*diſſolui*) ex actu æquipollenti, quo mutuo conſenſu diſcedatur à primo contractu. Non refert enim ex æquipollentibus quid fiat, ſi partes conſentiant: [d] quod ſatis explicat Accurſius, in regula Pauli [e] qua dicit, *Ferè quibuſcumque cauſis obligamur, iiſdem nos liberari*. Præterea, quando diſſolutio contractus pendet à ſola voluntate vnius contrahentium, non tanta opus eſt ſolemnitate in ſoluendo, qua in obligando: quia illius ſolius, cuius intereſt, voluntate, contractus diſſoluitur, & ab eo receditur: vt patet, in eo qui ſolo animo poſſidet, ſolo enim affectu non poſſidendi, deſinit poſſidere, [f] atqui liberatio ab obligatione, conſiſtit principaliter in affectu & animo ſolius creditoris, ideoq; ſi facto vel verbo profiteatur debitorem [g] ſibi non teneri, non eſt dubium, ipſum debitorem, etiam nolentem, liberatum eſſe. [h] Sequitur ergo in liberationibus, non eandem formam obſeruari debere, quæ in obligationibus, cùm à voluntate vnius tantùm pendeant liberationes: ſecus in iis quæ ab vtriuſq; conſenſu & voluntate dependent: & ita optimè diſtinguit Albericus, in explicatione dictæ regulæ. [i] Ex his ergo infero, liberationem etiam teſtibus probari poſſe, ſi aliter quàm per contractum expreſſum facta proponatur, vt in exemplis ſupra poſitis, & aliis ſimilibus. Quæ, ſaluo meliori iudicio, dicta ſint, & donec ſanctiorem ſacri Senatus analyſim audiuerimus.

FINIS.

[d] L. 4. & ibi Bartol. ff. Qui potior. in pignor.

[e] L. Ferè. ff. de reg. iur. & Can. Omnis. 27. quaſt. ſecunda.

[f] L. 3. §. In amittenda ff. de acquir. poſſeſſ.

[g] L. Tale pactum. ff. de pact.

[h] L. Si Stichum. §. fin. ff. de nouat.

[i] L. Nihil tam naturale ff. de reg. iur.

Epilogus totius diſputationis.

IN SVMMA, ex his quæ hoc noſtro Tractatu tradita ſunt, colligemus quinque Regulas: quibus dignoſci poterunt cauſæ ad hanc Conſtitutionem Regiam pertinentes, aut non pertinentes. Prima, Quod omnes cõtractus bonæ fidei et ſtricti Iuris, omnes conuentiones nominatæ et innominatæ, et aliæ expreſſæ, quarum meminit Vlpianus, [a] quæ expreſſo conſeuſu, et animo obligandi fieri ſolent inter homines, ſub hac Lege cõprehendi debent: quibus etiam addũtur omnes iudiciariæ cognitiones, actus, interlocutiones et definitiones Iudicum, et ideo hæc omnia nonniſi ſcriptis confici et probari poſſunt: exceptis tamen in matrimonio, depoſito, et mandato, certis caſibus ſupra ſuo loco explicatis.

a In l. Iuriſgentium. ff. de pact.

Secunda, quòd in omnibus donationibus inter viuos, hæc Lex, ſine dubio locum habet, imò etiam in donationibus cauſa mortis, et teſtamẽtarijs diſpoſitionibus, maximè in Prouincijs, in quibus Lex Municipalis certam teſtandi ſolemnitatem, ſcriptis faciendam præſcripſit: vt apud Picto*nes, idem eadem ratione conſtituendum eſt: exceptis tamen, ſupra ſuo loco enumeratis, neceßitatum caſibus, in teſtamentis et codicillis. Tertia, quòd in omnibus quaſi contractibus, et tacitis pactis, à Lege vel homine naſcentibus: item in omnibus ſimulationibus, ac doloſis calliditatibus, cæteriſq́; negotijs, in quibus doli vel criminis ſpecies arguitur, tametſi in contractum ſcriptum allegentur, huius ſanctionis ratio locum non habet, ſed in his omnibus teſtibus vti licebit, ad conuincendam ſimulationis, fictionis, doli, vel criminis obiectionem. Quarta, quod omnes ſcripturæ priuatæ, pro quarum adminiculo teſtes re-*

quiruntur,

quiruntur, ad recognitiones et comparationes faciendas, ſimileſq́ aliæ probationes, teſtium confirmatione egentes. Imò et ipſæ mercatorum rationes, aliaq́ obligandi ſigna ſeu ſymbola, quibus inter ſe mercari conſueuerunt, huic Legi non ſubijciuntur. Quinta, quod in qualitatibus rerum, de quibus litigatur, et in executionibus contractuum ſcriptorum, ac in liberatorijs, hæc Lex locum habet, ſi contractu à tempore huius Conſtitutionis inito, hæc in ſpecie facta fuiſſe dicantur: ſed ſi ex diuerſis accidentibus, et ſine contractu, hæc adimpleta fuiſſe ſuſtineantur, tunc omne genus probationum, et ſcriptum et vocale, recipiendum eſt, rationibus ſupra ſigillatim deductis, ſuper his tribus articulis: Ex quibus Regulis, facilè decidi poterunt quæſtiones emergentes, quæ hoc Commentario expreſſè deciſæ non reperientur.

FINIS.

A

ABSENTIVM *fidem à præſentium fide longè diſtare.* pag. 6.
Actio ex quaſi contractu à Lege non ab homine cōceditur. 49.
Actio ex maleficio vel quaſi, huic Legi non ſubijcitur. 50.
Actionis æſtimatio in ingreſſu litis facienda. 106.
Actus iudiciarij an huic Legi ſubijciantur? 50.
Actus iudiciarios fortuitò peremptos, teſtibus iuuari. 51.
Actus extraiudiciales an & quomodo huic Legi ſubijciātur. 52.
AEquipollentium non ſemper eſt idem effectus. 53.
AEgyptij ſcribebant in palmarum folijs. 142.
Alienum id ſcire debemus quod noſtrum non eſt. 47.
Allaudialis res, quæ? 96.
Amiſsionis verbo quæ contineantur. 83.
Animæ pericula Canones vitare curant. 19.
Antiqua præſumi quæ noua non probantur. 92.
Apocha & antapocha quid? 114
Argentariorum ſeu Trapezitarum munus. 138.
Argentariorum libros fidem facere, & quare. ibidem.
Arreſtum quo hæc Lex ligare dicitur à die publicationis. 6.
Arreſtum quo depoſitum ſub hac Lege comprehenſum eſt. 16.
Arreſtum quo teſtamentum extra territorium Tabellionum receptum reprobatur. 42.
Arreſtum quo inſinuatio protocollo carens teſtibus adiuta fuit. 57.
Arreſtum quo legatum nuncupatiuum reprobatum fuit. 89.
Autographum quid, & an huic Legi ſubijciatur? 114.
Authent. Niſi breues. C. de ſent. ex breuic. noſtro vſu non recipi. 51.

B.

BOnæ *fidei exuberantiam Lex Molinæa non abrogat.* 35.
Breuiculum quid in vſu foreſi. 51.

C

Cautela contra eum qui rem in Nundinis ſine ſcriptis emptam denegat. 47.
Cauſa præexiſtens ſubſiſtere facit quod aliàs non ſubſiſteret. 152.
Canonici plumbeis ſuis teſſeris habent Eccleſiæ diſpenſatores ſibi obligatos. 149.
Cautio pro coniunctis matrimonio abſque dote cauta. 32.
Cautio per errorem ſcripta an huic Legi ſubijciatur? 125.
Cauſa vna in mutui cauſam quomodo ſecurè vertenda. 136.
Certum certificari non debere quomodo intelligatur. 53.
Coniugij paritas, vt plurimùm, fauſta, imparitas verò infœlix. 8.
Coacervatio ſummarum quando recipienda. 108.
Comparatio ſcaipturarum quomodo facienda. 123.
Comparatio ſola an plenam faciat fidem? 124.
Conſuetudo Eccleſiæ, vt plurimùm, attenditur. 149.
Conſtitutio annui reditus frequens in hoc Regno. 138.
Conſtitutiones redituum nonniſi præſenti pecunia fieri debēt. 131.
Conſules Mercatorum à Regibus noſtris creati. 141.
Conſignationem legitimam apud ſequeſtrum huic Legi ſubiacere. 54.
Cōtractus bonæ fidei & ſtricti Iuris parum in Gallia differre. 13.
Contractus in mundum non redactos imperfectos eſſe. 153.
Cōtractus innominatos, ſtipulatione non veſtitos, pœnitentiam admittere. ibidem.
Contractus facilius deſtruuntur quàm conſtruantur. 161.
Contractus in fraudem Legis ſimulatos, teſtibus probari. 36.
Contractuum ſimulatorum pluri mæ ſpecies. 33
Copula carnalis inter pares, matrimonij præſumptionem habet. 26.
Copula carnalis ſola, matrimonium non inducit. 27.
Chirographi qualis forma, Iure veteri & nouo. 121.
Chirographorum verificatio quomodo facienda. 122.

Chirographum apud debitorem repertum an liberationem inducat? 69. 70.
Chirographi repertio apud debitorem familiarem creditoris, non liberat. 70.
Chirographi repertio addito iuramento, an, & quomodo liberet? 71.
Chirographi redditio quæ animo donandi facta allegatur, non liberat. ibidem.

D

Debitor ſolo creditoris verbo liberari poteſt. 162.
Decuriones Pictauenſes ſumma nobilitate gaudere. 100.
Depoſitum an ſub hac Lege comprehendatur? 15.
Depoſiti tres ſpecies. ibidem.
Depoſiti contrahendi antiqua forma, an inter nos ſeruetur. 14. 15.
Depoſitum olim inter amicos remotis teſtibus fiebat. 14.
Depoſitum non denegare Chriſtianæ pietatis indicium. ibidem.
Depoſitum tumultuariè factum ſub hac Lege non comprehendi. 15.
Deponendi fiducia Iuſtiniani tempore in dubium reuocata.
Depoſiti neceſſarij denegatio perfidiæ crimen habet. 16. 17.
Diaria domeſtica an fidem faciant? 143.
Diligentia ſolita excuſationem meretur. ibidem.
Diſtinctio notanda de annuis legatis & donationibus. 78. 79.
Doloſa, & criminis ſpeciem habentia, huic Legi non ſubijci. 36. 41. 50. 130.
Dominium omni genere probationis oſtendi poſſe. 93.
Donatio inter virum & vxorem multis conſuetudinibus reprobata. 38.
Donatio teſtibus probari non poteſt. 72.
Donatio an ex ſola inſinuatione graphica probetur? 57. 58.
Donationes olim in iudicio ſæpè fiebant. 58.
Donationum inſinuationes ſcribi debere. 52.
Dotes pro oneribus matrimonij conſtitui. 32.
Draconis Leges cur antiquatæ. 3.

E

Eccleſiæ facies ſufficiēs pro matrimonio teſtimonium. 22.
Emptor hæreditatis quando tacitè liberet hæredem inſtitutum. 75.
Emphyteuſis an huic Legi ſubijciatur? 79.
Epiſtolæ commendatitiæ an obligatoriæ? 115.
Epiſtolæ an & quomodo fidem faciant? 114. 115.
Exequutio priuatarū ſcripturarum an huic Legi ſubijciatur? 154.
Exequutiones contractuum an ſub hac Lege comprehendantur? 150. 151. 152.
Equites torquati an Nobilitatem teſtibus probare poſſint? 104.
Equites in procinctu bellicæ pugnæ creati, an nobiles? 103.
Errans non conſentit. 38. 132.
Errorē facti non nocere. 11.38.132.
Euictio etiam non ſcripta ſemper intelligitur promiſſa. 35.

F

Falſum & ſimulatum, res multùm diuerſæ. 129.
Feudales dignitates in Gallia non nobilitant. 101.
Feudorum antiqua probatio. 95.
Fideiuſsio pro locatione ad certos annos facta, videtur vna fideiuſsio. 77. 78.
Fœnoris publici vſus apud nos interdictus. 138.
Fœmina plebeia nobili nubens, fit nobilis, & è contra. 98.
Formæ à Municipali Lege præſcriptæ, omnes alias excludunt. 87.
Fraude non carent, qui ſecundum Legem non contrahunt. 19.
Fraudis maximæ, inſigne exemplum. 39.

G

Gallico Iure, reus in criminalibus teſtes aliquando petit interrogari. 5.

H

Hœdinam pellem omnia perpeti. 6.
Holographum quid, & an huic Legi ſubijciatur? 114.
Homo cur ἄνθρωπος dicatur? 8.
Hypothecarij creditores, an & quando à Chirographarijs differant? 150.

I

INductio doloſa ad ſcribendum, an teſtibus probetur? 38.
Indiuidui partem faciens, nihil facere videtur. 56.
Ignorantia Iuris quando & quibus noceat? 38.
In quibus rebus habeat locum hæc ſanctio. 12.
Imperfecta duo, perfectum facere non poſſe. 61.
Impenſas ſtudiorum cauſa factas pro filio, patrem obligare. 116.
Inſinuatio cur introducta. 60.
Inſinuatio ab vtraque parte facta, donationem probat. 58.
Inſinuatio à donante facta, donationem inducit. ibidem.
Inſinuatio Municipalis protocollo carens, an teſtibus iuuetur. 54.
Inſinuationes Municipales & beneficiarias, ſcribi debere. 52.
Inſinuationem à ſolo donatario factam nihil probare. 59.
Inſtrumentum ſubuerti non poſſe niſi per viam falſi. 128. 129.
Inſtrumenti redditio an liberationem inducat? 67. 68.
Inſtrumenti monocularis redditio an liberet? 72.
Inſtrumenta extra territorium recepta non valere. 120.
Inſtrumenta litis penes Procuratorem inuenta, mandatum arguunt. 64.
Inſtrumentis amiſſis teſtium probationem recipi. 81.
Inuectorum & illatorum obligatio an ſub hac Lege comprehendatur? 76.
Iudicia nõniſi ſcriptis fieri poſſe. 51.
Iuramentum præſtitum non retractari. 23.
Iudicem cogere poſſe litigantes, vt actionis æſtimationem faciant. 106.
Ius gentilitium, conſanguineis Iure tam diuino quàm humano conceſſum. 37.
Ius ſummum, ſumma ſæpè iniuria. 17. 37. 157.

L

LEx noua quando liget omnes. 11.
Lex diuina, humana Lege non eſt coarctanda? 21.
Lex dura. 2.

Lex odioſa. 3.
Lex Iuri contraria. ibidem.
Lex quando præterita negotia reſpiciat. 10.
Lex de re poßibili fieri ſolet. 45.
Lex ciuilis clandeſtinas nuptias nunquam probat. 28. 29.
Legata annua poſt primum annum non habent certam æſtimationem. 78.
Legiſlatorem non tantùm potentia ſed etiam temperantia vti debere. 3.
Legis ratione ceſſante, ceſſat ipſa Lex. 22.
Lex hæc Molinæa intra ſuos cancellos continenda. 159.
Lex hæc non ſcripta, pro omißis vult haberi. 35.
Lex hæc in clandeſtinis matrimonijs locum habet. 24.
Liberationis varios eſſe modos. 156
Liberationes an & quando huic Legi ſubijciatur? 155. 154. 158.
Libri domeſtici parentum, fidem faciunt de ætate liberorum. 143. 144.
Locationis denegatæ probatio, an & quomodo teſtibus probetur. 76.

M

M*Andatum ſola patientia tacitè contrahitur.* 63.
Mandatum etiam inter abſentes contrahi poteſt. ibidem.
Mandato ſcripto deficiente, negotiorum geſtorum agi. 49.
Matrimonialis cauſa in foro Eccleſiaſtico diſceptari ſolita. 21.
Matrimonium inter ſacramentalia referunt Canones. 21.
Matrimonium verum in facie Eccleſiæ celebrari debere. 22.
Matrimonium notorium faciunt denunciationes publicæ. ibid.
Matrimoniũ clandeſtinũ quid. 25.
Matrimonium clandeſtinum à Canonibus interdictum. 26.
Matrimonium publicum quot modis dicatur. 20.
Matrimonia in hoc Regno liberrima. 27.
Matrimonium nullius Eccleſiaſtici interuentu prætenſum, huic Legi ſine dubio ſubijci. 29.
Matrimonium inter nobilem & plebeiam fieri poſſe, ſed non præſumi. 27.

Matrimonium

Matrimonium ſine dote perfici poſſe, non è contra. 32.
Matrimonium Ruſtici, vt plurimùm, ſine ſcriptis contrahunt. 18.
Medici, etiam inuiti, ægrotis mederi coguntur. 141.
Memoria labilis, & vita breuis. 20.
Mercatores non iuratos, iuratorum priuilegijs non frui. 142.
Mercatores noſtri in quibus differant ab antiquis argentarijs. 138.
Mercatores per nuncios & inſtitores obligare & obligari ſolent. 134.
Mercatores re magis quàm ſolemnitate verborum interpoſita, cõtrahere ſolent. 146.
Mercatorum in hoc Regno genera duo. 139.
Mercatorum libri an ſub hac Lege comprehendantur? 137.
Mercatorum libri an fidem faciant? ibidem, & 139. 140.
Mercium quarundam venditiones ſcripturã nõ requirere. 147.
Metus, vis, error, ſub hac Lege non comprehenduntur. 38.
Monumenta, pro actis iudiciarijs ſumi. 59.
Mora nulla, vbi nulla negligentia. 55.
Mora perfunctoriè agenti adſcribitur. 56.
Mutuum ciuile vel quaſi quid ſit. 133. 134.
Mutuum ciuile an ſub hac Lege comprehendatur? ibid.
Mutuum naturale quid? ibidem
Mutui cauſa per dolum extorta quomodo probetur. 136.

N.

Neceſſitas Legis neſcia. 17.
Neceſſitate permitti debet quod aliàs non permitteretur. 148.
Negligentia officialis, parti diligenti non officit. 55.
Negotiorum geſtorum actio teſtibus iuuari poteſt. 50.
Nobilis domus inſignia quæ? 97
Nobilitas vnde? 78.
Nobilitas politica duplex. 99. 100.

Nobilitas Pictonicis decurionibus ob fidelitatem indulta. 101.
Nobilitatis qualitas an teſtibus probari poſsit? 97. 98.
Nobilitatis qualitas accidentalis. 98.
Nobilitatis cōceſsio ſpeciem habet contractus. 102.
Nubendi verba antiqua. 20.
Nuptiarum cuſtos & defenſor ſolus Deus. ibidem.
Nundinarum frequentia & vtilitas. 44.
Nundinarum conceſsio inter Regalia numeratur. ibid.
Nundinalia pacta an huic Legi ſubiecta ſint. 44. 45.

O

Oblatio ſimplex, conſignationem non deſiderans, teſtibus iuuatur. 53. 54.
Obligationes ex contractu huic Legi obnoxiæ. 13.
Obſtetricum teſtimonium irrefragabile. 144.
Opiſtographum quid, & an ſub hac Lege comprehendatur. 113.
Oſtraciſmum in oleæ frondibus ſcribebant Syracuſani. 142.

P.

Pactum nudum quid propriè? 117.
Pacta tacita an huic Legi ſubiecta? 67.
Pacta circa matrimonium extra fœdus inita, huic Legi ſubijci. 32.
Pactorum incontinenti appoſitorum diſputatio, hac Lege ſublata. 34.
Pater pro ſuis & mariti facultatibus dotem conſtituere cogendus. 32.
Pater, filiæ præmaturè nubenti, dotem conſtituere non cogitur. 33.
Pecunia præſumitur verſa in cauſam quam mutuans profitetur. 147.
Pecuniæ non numeratæ exceptio, quo tempore finiatur. 159.
Pecuniæ indebitè ſolutæ, an repetitio teſtibus iuuetur. 118. 119.
Periculum maius, maiorem requirit cautionem. 20.
Petitiones incertæ an huic Le-

gi ſubijciantur? 104. 105.
Petitionem magis quàm debitum in iudicio attendi. 108.
Petaliſmus vnde dictus. 142.
Pharmacopolæ libri an fidem faciant. 140.
Pia legata non exactam requirunt ſolemnitatem. 43.
Pœnas ob frequentiam delictorum exacerbari. 8.
Pœnitentiam admitti in omnibus imperfectis contractibus. 151.
Poſſeſſio nonnihil bonæ fidei arguit. 48.
Poſſeſſor rei antea promiſſæ, amittens poſſeſſionem, triticaria & publiciana eam repetit. 152.
Poſſidens ſolo animo, an & quomodo deſinat poſſidere? 162.
Poteſtatem & voluntatem in omni actu requiri vt valeat. 43.
Prædium liberum cenſetur, quod ſeruile non probatur. 95.
Præſcriptionem ſub hac lege non comprehendi. 80.
Præſumptionem eſſe pro actis publicis, donec falſa probentur. 62. 63.
Priuatæ ſcripturæ niſi agnitæ fidem non faciunt. 110.
Priuatarum cautionum nomine quæ veniant? 112. 137.
Principes Iura Epiſcopalia Epiſcopis relinquere ſolent. 24.
Probationes ſemper ampliandas eſſe. 3.
Profeſſio iudicialis in profitentem probat. 59.
Procurator conſentiens parti aduerſæ præuaricator dicitur. 66.
Procurator ſine mandato cõſentiens condemnationi, teſtibus non vtetur. 65.
Procurator ad lites, illaudatus, an teſtibus mandatum probet. 63.
Procuratores priuati mandatum teſtibus probare non poſſunt. 66.
Promiſſio de vendendo authentica, pœnitentiam non admittit. 153.

Q.

QValitates rerum in iudicio petitarum, an teſtibus probari poßint. 92.

Quaſi cōtrahimus in iudicio. 50.

Quaſi contractus Legi Molinææ non ſubijci. 49.

R

RAtio anima Legis. 7.

Ratio huius Sāctionis quæ? ibidem.

Rationes domeſticæ an fidem faciant? 142.

Reditum annuum probari ex decemnali continua poſſeßione. 80.

Rei appellatio latißima. 45.

Rhapiſmata in Emancipationibus olim obſeruata. 18.

S.

SCripturam publicæ perſonæ fidem facere. 57.

Senatores Pariſienſis ſenatus nobiles. 101.

Sentētia in matrimonium, nunquam tranſit in rem iudicatam. 22.

Scriptura non ſubſignata videtur tantùm incœpta. 143.

Scripturam multis accidentibus variari. 124.

Scripta poſt ſignum, an ſub ſigno comprehendantur? 113.

Sigilli appenſio ſola, olim inſtrumentorum cautio. 4.

Simulatio cum rei veritate conquieſcere non poteſt. 129.

Simulationes, quæ fiunt vt fraudetur conſanguineus. 37.

Solemnitates à Iure Municipali introductas, tacitè obſeruandas. 53.

Subſcriptio per errorem appoſita an teſtibus probari poſsit? 132.

Summæ diuerſæ non ſunt quæ ab eadem cauſa oriuntur. 160.

Syngraphum quid, & an huic Legi ſubijciatur? 114.

T

TAbelliones extra territorium nihil poſſe facere. 40. 42. 118.

Temporum varietas facit vt varientur ſtatuta. 8.

Teſſeras

Teſſeras ſeu taleas inter mercatores obligationis loco eſſe. 145. 146. 148.

Teſſeræ frumentariæ, quæ olim. 148.

Teſſeræ Frumentariæ, Agrariæ, Iumentariæ. &c. ibid.

Teſtes an inſtrumentum ſubuertere poßint, & contra quod inſtrumentum recipiantur. 130. 132. 133.

Teſtamenta apud Pictones an huic Legi ſubiecta? 87.

Teſtamentum Nuncupatiuum quibus caſibus admittatur. 90.

Teſtamenta & aliæ vltimæ voluntates an ad hanc Legem pertineant? 85.

Teſtamenti ſolemnitatem duobus teſtibus probari. 83.

Teſtatio hominis nobilis & ſapientis admodùm firma. 5.

Teſtes olim à partibus & eorum patronis interrogari poterant. ibidem.

Teſtes claßici. 6.

Teſtes capite cenſi. ibidem.

Teſtes diobolares. ibidem.

Teſtium & inſtrumentorum parem eſſe fidem. 3.

Teſtium probationes firmiſsima eſſe iurium conſeruandorum fundamenta. ibidem.

Teſtium olim ſanctior fides, quàm inſtrumentorum. 4.

Teſtium fides reiecta propter corruptiſsima hæc noſtra tempora. 8.

Teſtium periculoſior fides in teſtamentis quàm in contractibus. 86.

Teſtium inſignis falſitas in Bithinia circa teſtamentum deprehenſa. ibidem

Teſtium probatio quomodo recipiatur cõtra eum qui venditionem à ſe in Nundinis factam denegat. 48.

Teſtium facilitas etiam tempore Iuſtiniani maxima. 48.

Tranſactio ſæpè ſimulatur, vt non appareat venditio. 37.

V

Verba geſſerunt, contraxerunt, quas res complectantur. 12.

Verba à teſtatore enunciata diſpoſitionem inducunt. 59.
Verificatio Chirographorũ quomodo facienda. 122.
Vincula duo fortiora vno. 100.
Vis, metus, & alia id genus ſub hac Lege non comprehenduntur. 38.
Vno dato, datur aliud ex eo neceſſario conſequens vel antecedens. 107.
Vſurarum vſuras fœnus eſſe improbum. 128. 131.
Vſufructuarius, de ſartis tectis, etiam non conuentis, tenetur. 35.

FINIS.